Germ. rec. 316

FORMULÆ
ORATORIÆ

In Usum

SCHOLARUM

CONCINNATÆ

A

Clavis *Horti Oratorii*, ſeu Mentem ac ſenſum Tituli aperiens.

INDEX Δεικτικὸς.

INfluxus cœli veniat *Niſi Deſuper*, Hortus
Aret, & edit opes *area* nulla ſuas.
Sic *tuus*: at placidis ſtillet benedictio cœlis;
Nemo tuam vacuus, *parvulus*, oret opem.
Porriget omnigenas *hæc*, atque hæc *area* Formas,
Seu flores (*a*) petat, aut *fila* (*b*) ligare ſuos.
Cerinthen, Caſiam, Caltham, Meli-phyllon, Anethum,
Narciſſum, Violas, Lilia, Narda, Roſas,
Certis ſparſa locis. Rumpantur ut ilia *Codro*:
Sic patet in *laudes* area *lata tuas*.

G. C.

(a) *Formas ad Materiam.*
(b) *Formas ad Contextum.*

——*in* Hortum *jam ſuccrevit* Oratorium, * *quem ſelectioribus plantis, herbis ſalubribus, ſuaviſsimiſque floribus* areatim *ſevimus, unde* aurea mala, *florum faſciculos*, thymum *pariter ac* ceram *legent Scholaſtici*, ſua qua liquentia mella ſtipent, ac dulci diſtendant nectare cellas.

Imprimatur.

Ex Æd. *Sab.* Aug. 28. 1663.

Geo. Stradling S.T.P. Rev. in Chriſto Pat. D. *Gilb.* Epiſc. *Lond.* à Sac. Domeſtic.


FORMULARUM
NISI DESUPER
HORTUS
AD CONTEXTUM MATERIAM
FORMULÆ ORATORIÆ, in USUM SCHOLARUM concinnatæ. Cum Praxi & Usu earundem in Epistolis, Thematibus, Declamationib. contexendis. Accessit DUX POETICUS cum suis aliquot poematiolis Editio Nova, Novissima Autoris opera multo limatior et emendatior
DEMOSTHENES
M.T.CICERO
Londini Impensis Fran: Eglesfeild Sub Signo Calthæ in Cæmeterio Paulino. An: Do: 1664.


HEN. DRAX ESQR.

Nobilitate *Stemmatis*, Felicitate *Indolis*, Spe *Virtutis*,

Præſignibus Adoleſcentulis

Mro { PEREGRINO, FRANCISCO, ROBERTO, & VEERO } BERTIE,

Filiis Illuſtriſſimi Herois, Dni *ROBERTI*, Comitis *Lindiſiæ*, Magni *Angliæ* Camerarii, Nobiliſſimi Ordinis PERISCELIDIS Equitis, atque à *Secretioribus* Regiæ Majeſtati *Conſiliis*, Honeratiſſimi Domini;

Suis multum honorandis *Diſcipulis*, univerſam *Sublunaris* hujus, & *Superlunaris* Mundi, quam *ſperare* poſſunt, quam *optare* licet, Beatitudinem.

Igniculi Heroici!

QUod in partu *Liberorum*, id ipſum in partu *Ingeniorum* ſæpius evenire ſolet; *Soboles* matrem, pari amore non proſequitur, quo *mater* [a] ſobolem

[a] *Unuſquiſque amat beneficia ſua. Magis illa juvant quæ pluris emuntur.* Juven. Satyr. 11.

Ut enim flumina non sunt *reflua* in scatebras, sed *defluа* in Oceanum; sic *amor descendit, non ascendit*: proinde, cum adoleverit proles, *mater* passim fere *neglecta* jacet, ejusque *longa decem mensium fastidia*. [a] cogitantur rarius. *Pædagogis* * similiter (quorũ *labores*, dolores, *studia*, desideria, *vota*, &c. munificentius aliquod ἀντίμισθον meruerunt) quæ refertur *gratia*? imo, quæ non [b] *contumelia*? nam simulac *discipuli* isti *sui* (in quibus *pariendis* vitæ fere, & valetudinis dispendium fecerunt) vel in *nutricis Academiæ* devolvuntur *gremium*, vel ad publicos honores promoventur, non solum *sentiunt*, verum *loquuntur* de *illis*

a Virgil. Eclog. 4.

* *Doctor amarus enim, discenti semper ephebo,*

Nec dulcis ulli disciplina infantiæ est. Prudent. in Cassian. hymn. 9.

b --- *Tanta est discipulorum nostri temporis ingratitudo, ut primum desserunt a conspectu* præceptorum, *statim oblivisсantur veteris beneficii, neque agnoscant per*

quos *profecerint*. Expertus *& sciens loquor*. Multi *enim ex officina, & umbraculis* meis *prodierunt, qui* me *nunc nihilo pluris æstimant quam* porcarium, *aut mulionem abjectissimum*. Text. epist. 120. *Vt quod olim* Phœbus (Metam. 2.)

——non satis, *iuquit*, ab ævi

Sors mea principiis fuit irrequieta; pigetque
Actorum sine fine mihi, sine honore laborum.

lis (quondam *suis*,) tam sollicitis *præceptoribus*, ceu *terræ filiis*, plagosis *Orbiliis*, triobolaribus *mancipiis*: * cum *ipsi* interim (quos dixi) *præceptores*, alumnos adeo perdite amant suos, ut ipsam *vitam*, illorum gratia, non vereantur profundere, si tandem post mille exhaustos labores, *masculum* pepererint ingenii *fœtum*.

Non *ego* hæc queror (*honoranda juventus!*) quasi subverer in *vobis* aliquidpiam tale futurum, (quod absit, longe absit, imo *vos*, infinitis parasangis, omnes, quos adhuc uspiam noverim, in *obsequio*, de quo loquor, præcurritis adolescentulos; & egregium hac in re, universæ *nostræ pueritiæ* præbetis exem-

* *Quantum quisque odii tacitæ conceperat ira Effudit ardens, felle tandem libero.* Prudent. in Cassian. hymn. 9. -- *Fac memineris secundum principes & Episcopos, neminem magnificentius posse mereri de republ. quam ludi literarii magistrum, si rudibus adhuc et in quemvis habitum sequacibus animis, mentem instillet Christo dignam, easque literas quæ semper primo cuique placuerunt.* Erasm. Rot. Cordo. *ludimag. Exordiorsi* —— *obsecro te per musas, ut in hac re uni deludes Christo, qui tibi solus ob oculos debet obversari, à quo solidiorem tanto referes gratiam, quanto magis hic referre mundus, neque ingratus curat, neque gratus potest.*---Erasm.

exemplar:) ſed ut *veſtra* laus & *vera nobilitas*, ex degeneri aliorum inhumanitate, barbaroque plane *ingrati* animi vitio laborantium, magis magiſque eluceſcat. *Voſque* adeo fere *ſoli*, meritiſſimæ veſtræ laudis gloria ac ſplendore appoſito, ex illa oppoſita plurimorum tenebroſa *mentis* craſſitie, adhuc indies inclareſcatis. Quod igitur *Ovidius* olim, de *quodam*, qui *illi*, etiam in *Tomo* exuli, arctioris amicitiæ *glutine* adhæſerat; idem ego *ſingulis* veſtrum. *Tibi* autem (ſperatiſſime Domine PEREGRINE! ſpeciatim voveo, *viz.* ut

Trift. Eleg. 9.



Quo pede cœpiſti ſic bene ſemper eas, ---

& tuum generoſum animum, (ut *Hippolochus* ſuum *Glaucum*) etiamnum adhortor,

Homer. Iliad. 6.

Αἰὲν ἀριςεύειν καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων.
Μηδὲ γένος Πατέρων αἰσχύνειν· οἵ μὲν ἄρισ-
Εἶν' Ἀργείοις ἠμὲν ἰδὲ μετόπισθε. (τοι

Adhuc *udum, & molle lutum es,*

nunc

nunc nunc properandus, & acri fingendus sine rota, * & veræ virtutis imago *cereæ* huic *pueritiæ* est imprimenda. *Virtus* sola est, & unica nobilitas; *Patricius* enim *sanguis*, quo quisque (ut plurimum) appellatur *Nobilis*, est tanquam *color* in pictura rubicundus, ubi nullus intrinsecus *calor*, ψυχὸν καὶ ἄψυχον nobilitatis cadaver; *simia aurea gestans insignia*, [a] & asellus leonis exuviis impalliatus. [b] Noluit prudentissimus *Ulysses*, de *nobilitate* sua ampullescere, utcunque *Deus esset in utroque parente*; (noluit inquam:) Nam (ut *Seneca*) *qui genus jactat suum, aliena laudat*; diserte igitur inquit,

Et genus, & proavos, & quæ non fecimus ipsi,
Vix ea nostra *voco.*—

Verus autem est *ille* nobilis, *Magnus* revera *Magnas*, εὐγενὴς, εὐφυὴς,

Pers. sat. 3. * *Fascibus & purpuris gloriaris? vanus error hominis, & inanis cultus dignitatis fulgere purpura, mente sordescere.* Nobilitate *generosus is?* parentes *tuos laudas*; omnes *tamen pari sorte nascimur, sed virtute distinguimur.* Minut. Felix *in* Octavio.

[a] *Melius est ut in vobis glorientur* parentes *quam ut* vos *in parentibus gloriemini.* Chrysost.

[b] Met. 13.

Quem genus & genius pariter virtutis & artis [a] *Nobilitat.* Heroica enim (vel in ipso *Ajace*) fortitudo, æquivoca plane fuerit, nec tanto nomine digna, imo nihil omnino aliud (si *virtus* & eruditio defuerint) quam truculentus ille *Polyphemus* extincto *oculo*,

[a] *Pro* nobilibus *habendi sunt* omnes, *qui studiis* liberalibus *excolunt animum. Pingant* alii *in clypeis suis* leones, *aquilas*, tauros, & *leopardos: plus habent veræ* nobilitatis, *qui pro insignibus suis tot possunt* imagines *depingere, quot perdidicerunt* artes *liberales.* Eras. de civil. mor. pueril.

Tota licet veteres exornent undique ceræ
Atria, nobilitas *sola est atque unica virtus.*
——— *miserum est* aliorum *incumbere famæ,*
Ne collapsa ruant subductis tecta columnis.
——— *quis enim* generosum *dixerit hunc, qui*
Indignus genere, & præclaro nomine *tantum*
Insignis. ——— Juv. sat. 8. ——— *Animus facit nobilem:* ——— Sen. Epist. 44.

Justinus *patre* armentario *natus in Thracia, Senatus, & militum consensu factus est Romanus* Imperator.

——— *Notum est humile genus Maximini, Pupieni, Aureliani, Valentis* ——— &c.

——— *Æschynis mater tympanistria fuit.* Lucian. *in Somn.*

Monstrum

Monstrum horrendum informe ingens.——* Odyss. 9. Æneid. 3.

Vos igitur (nobilissimi ingiculi! *vos* (inquam) obtestor, per sacrũ honoratissimi vestri stemmatis *genium*; per speratissimã *vestram indolem*, per inhiantem totius Reipub. *exspectationem*; ut in hoc herbescentis ætatis *vere*, omnes *plantas* in horto *Palladis*, ut jam pulcritudine *floris*, ita denuo *messis* ubertate longe superetis; ut de *vobis* aliquando tandem, in maturam ætatem accrescentibus, *parentes*, *amici*, *vestrates* omnes, dulcissimum decerpant *fructum*; cum generosa *vestra* indoles, *illis* honori & solatio, *familiæ* lumini, *Reipub.* columini fuerit, vota implens cumulate omnium. *Vos* interim nullos abnuite labores, quo minus,

* *Iphicrates* sutoris credebatur filius; tamen ob virtutem, & rei militaris peritiam, factus est Atheniensium Imperator: unde Harmodio, ei ob generis ignobilitatem, convitia ingerente, Meum, inquit, genus à me incipit, tuum in te desinit. *Plutarchus in* imperat. *apophthegm.* *Agathocles* Siciliæ rex, figulo est patre natus. Justin. *lib.*

22. Demosthenis *patrem cultellos vendidisse*, *autor est Valer. Max.* Ciceronis *pater*, *quia ex familiis* fullonicam *exercentibus quæstum fecerat*, fullo *audivit*: *quod convitii loco Tullio objecit Fusius Calenus apud Dionem*, *lib.* 45.

nus, cum *jam* eſtis nobiliſſimi, in *nobiliores* tamen adhuc evadatis, & deforme exiſtimate quos *dignitate* præcellitis, ab *iis virtutibus* ſuperari. Viam ad *Honorem* per *virtutis* templum patere cognoſcite; *Nec deſunt *vobis*, è veſtra nobiliſſima familia oriundi, qui omni *virtutum* fulgore emicuerunt; neque minorem profecto gloriam, ſuo in veram Religionem *zelo*, quam vel ſupremo *honoris* apice, nacta eſt auguſtiſſima illa *Heroina*, veſtra *Abava*, radioſum & illuſtre *Willughbiani* generis *ſydus*, Domina KATHARINA, *Suffolciæ Duciſſa*, cum ab impetuoſis *Marianæ* perſecutionis procellis, exulabat in *Germaniam*, una cum *marito*, ubi (agnoſcentes ſe *peregrinos* eſſe in terra) quod *Apoſtolus* de *ſanctis*, Heb. 11. 13, 14.) apertè declarabant ſe *patriam* quæſiviſſe) *Avum* veſtrum,

* ---*ridere tum liceat illos qui jubent, ab avis & atavis, & omni retro nobilitate, ornare quem laudamus: ut ramorum ſterilitatem radix fœcunda compenſet, & quod in fructu non teneas, mireris in truncо.* Hieron. ad Demetriad.

--*ſome ſuperbiam quæſitam meritis:* Horat. l. 3. Ode 30.

ſtrum, illuſtriſſimum *Heroem* inibi natum, PEREGRINUM nominabant; cujus jam *immortale* nomen, *Tu*, qui ſuccedis (*honorande* PEREGRINE!) conſervas, & hæreditario quodam jure vendicas, ſic

——uno *avulſo non deficit* alter *Aureus*—— Æneid. 6.

Ac proinde quod *Aſcanio* olim ſuo *Æneas*, idem nunc & *tibi*, tuus *abavus*,——

Tu *facito mox, cum matura adoleverit ætas,*
Sis memor: & te animo repetentem exempla tuorum,
Et pater Æneas, & avunculus excitet Hector. Æneid. 12. ---*in antiquarum ſtatuarum animoſque virtutem virtutes, & pater Æneas, &c.* Æneid. 3.

Macti eſtote (*nobiliſſimi Pupilli*) macti eſtote (cum *bono Deo*) in ſtudiis *veſtris*, haſtam Minervæ vibrantes, antagoniſtas veſtros configentes, flumine illos

illos vestræ eloquentiæ obruentes, & totũ literarũ *Oceanum* frequenti hausțu ingurgitantes, *sacri* librorum *helluones*. Habetis quibuscum quotidie possitis congredi, quorum æmulemini diligentiam, & vere *sacram* literarum famem qui nihil adeo malint, ac in *doctos* evadere.

Æneid. 5.

Hi *proprium decus & partum indignantur honorem*
Ni teneant: vitamque volunt pro laude paciſci.
Hos *successus alit*; *possunt*, *quia posse videntur.*

Vestra ego de causa (ut omnem moverem è via laterculum, ac facillimum *vobis* rimarer ad *Helicona* tramitem, & tanquam vestigia signarem *præcundo*, ubi *vos* vestrum imprimatis *imitando* pedem) has *Oratorias formulas* [a] vestro privatim usui,

a *Et munire favos, & Dædala fingere tecta*, Georg lib. 4.

* pau-

* paucis retro menſibus, contexui, *quas* (cum pluſculum exigerent laboris, & temporis, quam res noſtræ facile permitterent, tranſcribendo, miſſis inſuper *mendis* pſeudographicis, quæ obrepſerint in manuſcriptis) à *vobis* quæſo, & *veſtro* nomine per *prelum*, in condiſcipulorum *veſtrorum* uſum *tranſire* ſinite. Faxit *Dominus Deus*, ut *vos* ſitis nunc & olim cultui ſuo devoti, ut parvus *Samuel*; [a] zelo divino præditi, ut octennis *Joſiah*; ſapientes, ut *Solomon*; (&, ut *Chriſtus* ipſe, *Luc.* 2. 52. proficiatis ſapientia & ætate apud Deum & homines. Amen.

* *Fuit namque id mihi ſemper, neſcio quo modo, perſuaſiſſimum*, eas *ad ſermonis* ubertatem, *ornatum*, *vim*, varietatem, *adjumenti allaturas eſſe non parum*; *plurimum etiam ſubſidii* his, *qui meliorum ſcriptorum imitationi ſe deditos eſſe profitentur. Si enim in* Vaſis, *cæteriſque rebus manufactis ad aliarum ſimilitudinem formandis, poſt comparatam materiam, partibuſque ſingulis jam effectis, nihil æque ſolicitum habet* fabrum, *quam ut* partium *quam aptiſſima fiat* compoſitio, *& coagmentatio: ſi in* ædibus *ad aliarum ſimilitudinem extruendis, non* longitudinis, *altitudinis, latitudiniſque, ſed etiam* commiſſuræ *& contignationis rationem habere ſolet diligens atque induſtrius* faber: *ita de* his *orationum* claviculis ſtudioſus, *&c.* ——Schorus——

a 1 Sam. 1. 28. 2 Reg. 22. 1. 1 Reg. 3. 7.

& ætate, & gratia apud *Deum* & *Homines*. Ita precatur qui est, & est futurus

E Schola Lincolniensi octavo Iduum Aprilis 1627.

Vestri Honoris

(dum vixerit)

Observantissimus.

JOANNES CLARK.

FORMULÆ

ORATORIÆ

Puerilibus Exercitiis accommodatæ.

LECTORI SALUTEM.

LOngum eſt iter ad Doctrinam per *Præcepta*; per *Exempla* breve. Monet igitur Pædagogos, rei literariæ Dictatura dignus, medulli-legus, & florilegus ille *Alſtedius*, [a] ut non modo doceant *facienda*, ſed etiam *faciendo*; ſuumque *quiſque* alloquatur gregem, ut olim *Dædalus Icarum*; [b] *Me duce, carpe viam*, —— * ne miſelli pueri in *Par-*

Senec. ep. 6.
a *Scholaſt. col.* 2696.
b *Met.* 8.
* *Præceptores* praxi & exercitio curarent altius diſcipulis inſtillare ---artem. Non ſcriptio igitur prolixa, ſed ſtylus & uſus dicendi, magiſtri

nobis erunt: & ſicut loquendo loqui didicimus; ita frequenter inveniendo, *invenire*, diſponendo *diſponere*, eloquendo *eloqui*, perorando *oratores fieri perdiſcemus.* Mich. Radau. *in epiſt. ad* Orator. *extempor.*

Parnaſſi dumetis expatientur ſoli; Eloquentiæ enim flumina, ut olim *Ariſtotelis* [a] *Acroamatica* (quæ edidit quaſi non ediſſet) ſine *Delio* ſuo *Natatore*, tranabilia non ſunt; qui autem ſuo *ſuis* præluxerint exemplo, plurimum *illos* promoviſſe, experti cernimus. * Non alia de re, puto magnum *illum* literarum *Atlantem*, *Eraſmum Roterodamum* adductum eſſe, ut in tantillas minutias deſcenderet, cum ad *Copiam* ſuam *Verborum* ſe diverterit, ſtudioſæ juventutis gratia contexendam. Quinimo ipſuſmet, haſce quas *Ego* (ut ut *illum haud paſſibus æquis* inſequar) lineas primas Formularum & *Tranſitionum*, uſui *Scholis* fore non exiguo, obſervavit. Ipſum audi; [b] *Proinde expedit plurimas* Exordiorum *formulas habere, ſunt* & Narrationis *complures modi*. Quin & con-

a Ὡς ἐκδεδομένων, καὶ μὴ ἐκδεδομένων.

* *Putavi equidem me non male operam collocaturum, ſi nonnullas formulas in unum volumen congeſtas, & quaſi in taberna diverſis loculis diſtinctas exponerem.* Schor.

b *Cop. ver. fol. 198. pag ult.*

connectendi *rationes præscribendæ sunt*,[a] *quis sit optimus* futurus *transitus ab* Exordio ad Narrationem; à *Narratione* ad Divisionem; ostendat & *formulas* aliquot, quibus ibi commode possint *Exordiri*, aut etiam *Perorare*: ---Post illum *Richerius*--- [b] *Constat* (inquit) *ipsum Tullium* (ejus imitatione qui *Demosthenis* Exordia *collegerat*) *librum quendam* Principiorum *composuisse*; & *quosdam Locos*, &c. ---

[a] *In epist. ad Pet. Viter.*

[b] *Obstetr. animor. pag. 264. & Lipsi. institut. epist. c. 12.*

Et quis *hæc* neget, (inquies?) non dubium est usui fore *jam*, & in usu apud *summates Oratores* fuisse dudum, *hasce* (quas *tu* narras) *Oratorias formulas*: Sed quis? Quid *tu*? Tuáne refert? Ut tu in hac scena? Sus (Hui!) *Minervam!* Pigmæus *Herculem!* Gryllus *Socratem!* Fateor, ingenue fateor (*novi* enim *quam sit* mihi *curta supellex*) quam omnium

omnium *undecunque* ineptiſſimus ſim, qui *Formulas* haſce delinearem; verũ enim vero, tametſi ab *Apelle* ſolo pingi debuiſſent, nempe viris *doctis*, qui tales, ut plurimum *muſcas*, [a] & minutias contemptui habent; *Zeuxim* tamen (ut opinor) aut *Protogenem*, aut aliquem (*ipſum me*, ſi lubeat) *illis* longe inferiorem non dedignantur. Utcunque enim *metam* (ad quam collimo) *hanc*, alius forſan felicius *contingat*, alius *caſtrum* facilius expugnet; conatus tamen *noſter* nunquam, vel in *hac* re, vel in allis *Reip.* puerorum *Scholaſticæ* inſervituris, defuturus eſt: Siquidem (ut ille olim *Lacedæmonius*, vir uſquequaque bonus, [b] quem *alii* magiſtratu, & *meritis* anteverterant) æquo animo, *Plurimos* me *meliores repertos eſſe*, & peritiores *in tene-*

a ἀιτὸς ὁ ὑπὸ ἐνίων μύας.

b *Pædareus. Bruſ. l.* 1. *c.* 18.

ra

ra puerorum *indole inſtituenda*; *voluntate* tamen & *ſedulitate*, nulli cedere volo; cujus cauſa, *nullos labores*, nullas *obtrectatorum* ſugillationes, ſycophanticos *Momorum* morſus, nulla demum venenata *invidiæ* ſpicula reformido: imo nec *vitam* ipſam adeo mihi charã habeo, ut *eam* pro communi *bono* expendere gravarer: Operam non ſolum *meam*, quantulacumque ſit, ſed *memetipſum* etiam, *totum* tradens; & dedens in *meorum* utilitatem, *Æſchinem* Philoſophum imitatus, qui ſemetipſum *Socrati* donaverat. Aſſentior enim, (*in quo fortaſſis* erro) aſſentior tamen (ut *parva* magnis *conferam*) *Veſpaſiano Cæſari*, qui, cum à *medicis* reprehenderetur, quod *ægritudine tentatus*, cunctis Imperatoriis muneribus fungeretur, *Imperatorem*, inquit, *ſtantem mori decet.*

cet. [a] Simili plane modo & *ego*, tametsi *conclamata* non ita dudum, nunc autem *afflicta* valetudine, Spartam *quam nactus sum* meam, *usque dum* vita *suppetet*, *pro virili conabor adornare*. Quod ut felicius exequar, *opus hoc* (sin malis lusum) *in meorum* usum aggressus sum, revera *puerile*: [*] *viros* enim non decet, cum sit instar *equi* tantum *baculini* [b] (quales *puerulis* in nundinaria solemus emere) cui tamen etsi *Socrates* fortasse aliquis, qui *pueros* instituat, in *lusu* dignetur inequitare, *viros* tamen itinerantes non gestabit, nec solidi & *virilis Genii* censuram, aut *judicii* pondus sustinebit. Asperum igitur & morosum *Xenocratem*, & supercilios os *Criticos*, qui *virile* aliquid in his *puerilibus* exspectant, quid *suo sapiat & allubeat* palaso, quum *ego* ex professo, cum *pueris* hic ludens

[a] *Suet. in vit. Vesp. Patris.*

[*] *Nihil moror quam* pueriliter, *modo utiliter*. Erasm.

[b] *Anglice*, an hobby-horse.

Non invisa feres pueris munuscula parvis. Horat.

ludens *repueraſco*, pueriſque tantummodo *meis*, [a] nanis pupillis *ſoccos* adapto, (ſuos [b] *Herculem cothurnos* alibi ut quærat ablegamus) *Tranſitionum* noſtrarum *formulas*, ſicco pede *tranſire* malim: *Te* autem (quem ſpero *lectorem* fore mihi benevolum) hæc pauca monitum volo: *viz.* quod----

a *Literariam noſtram adoleſcentiam in cunis adhuc eloquentiæ vagientem his quaſi ſuper aſtris promovere conatus ſum.* Lipſ.

b *Grandiores enim in his* formulis *expri-*

mendis ſint remiſſiores, non enim ultra opus. Sicut Digiti *in Cithara* ægre *& cum intentione* initio *ponuntur, iidem poſtea ad* chordas *& numeros ſponte veniunt: ſic mens iſtis paulum aſſuefacta.* Lipſ. inſtitut. epiſt. cap. 13.

--Formulæ *illæ omnes* à pag. 38. *ad uſque* pag. 81. cap. 10. DE CLAMATIUNCULIS *ſolum conveniunt*; *in quibus* Exordiendi, Inſinuandi & Moderandi formulas *adhibemus*; *& initium dicendi ſumitur à* circumſtantiis *Loci, Temporis, & Perſonarum*, &c. 1. DECLAMAT. Alſted. *in Orator.*

In THEMATE porro noſtro, 2. THEMAT.

ſtro, (ne novam formam *cudere* cogamur, à *Declamationibus* diverſam) ut in Declamationibus *quinque* tantum generales *partes* proponimus, *viz. Exordium, Narrationem, Confirmationem, Confutationem, Concluſionem*; aut *ſex*, ſecundum verſiculum, *Exorſus, Narro, Seco, Firmo, Refuto, Peroro*, ut magno illi Voſſio, aliiſque placere video.---

Partes 5. Voſſ. inſtit. Orator. pag. 325.

1. EXORDIUM non ſit (ut *multis* uſu venit) longa, & κεφαλοτάτη compellatione *auditorum*, ſuæque *ineptitudinis* excuſatione *laciniatum*; ſed *è re* ipſa naſcitur, * & deſumitur ab *Exemplo, Similitudine, Teſtimonio*, & aliquando *diſſentaneis* à re, ut ſic deſcendamus ad *rem*, per iſtiuſcemodi formulas, *Diſſimiliter prorſus contingit--- Nequaquam vero--- Non autem ſic ſe res habet-- Diſſimilime prorſus--*

1. EXORDIUM, *quale.*

* ----*Non longum, ſed ut* caput *ad* corpus quantitate *parvum*, qualitate *rarum & admirandum*, Alſted. Orat.

2. NAR-

2. NARRATIONEM, vel potius *Propoſitionem*, & *Expoſitionem Apthonii* confundimus, ut in *noſtro* uſu homonyma; qua *thema* datum, aliis phraſibus explicamus; & *ſtatum*, ac *ſummam* quæſtionis *proponimus*, verbis illuſtribus & elegantibus. 2. NARRAT.

3. *Diviſione* hic aliquando utimur, quoties de *multis* occurrit dicere, *cujus* etiam nonnullas *formulas* propoſui. 3. DIVIS.

4. In CONFIRMATIONE, adſtruimus & illuſtramus *thematis* tractandi veritatem, variis *rationibus* & *argumentis*, uſitatius autem his, *Cauſſa*, *Contrario*, *Similitudine*, *Exemplo*, *Teſtimonio*. 4. CONFIRM.

Diſponenda autem *hic* ſunt *firmiora* argumenta in principio, *mediocria* in medio, *firmiſſima* in fine: ut in acie *Neſtoris*, qui fortes in *prima*, mediocres in *media*, omnium vero fortiſſimos in *ultima acie* collocavit. In *his* enim *turpe eſt oratorem decreſcere*; & ἀπραξία (quæ ipſa *...modus diſponendi argumenta in Confirmatione.*

est *anima* orationis) accurate spectari debet, ne

Hor. Poet. ——*Mulier formosa superne,*
Desinat in piscem——

5. Confut. 5. In Confutatione, *primo*, Objectionẽ fingimus, *quam* ab adversariis vel *fictam*, vel *factam*, vel *faciendam* esse, verisimile est: (Atq; *huic* opportuna loco est *Exclamatio*, *Interrogatio*, *Prosopopœia.*) *Secundo*, ipsam solide diluimus, & (*detracta larva*) quam *nihil* habet virium demonstramus. *Hic* neq; parum elegans fuerit superaddere egregium aliquod dictum, quo *veritas* rei confirmetur magis.

6. Conclus. 6. Conclusio, in qua *primo* 1. Recapit. ἀναπεφαλαίωσις locum habet, & est 2. Pathp. *summaria* præcipuorum *argumentorum* in tota *oratione* diffusorum recollectio: *secundo*, παθητικὴ, *affectuosa* scilicet & *pathetica* Conclusio; quæ fit per *figuras sententiæ*, *Exclamationẽ*, *Interrogationẽ*, &c. *Verborũ* audaci pondere, atro-

a Farnab. Indic. rhet. pag. 59. —nunc lapides adesos stirpesq; raptas, cc ci

cc domus quingentis una, non sine montium clamore

cc ci *figurarum* dignitate, gravi *sen-*
cc *tentiarum* majestate *periodorum*
cc *respiratione* crebra, & numero ve-
cc hementi *fulminet*; neque in sen-
cc sus *irrepat*, sed *irruat*, instar ra-
cc pidi *torrentis*, hybernis *nivibus*,
cc aut montano *flumine* aucti, ster-
cc nat agros, saxa devolvat; *viam*,
cc ubi non invenit, perviam *faciat*;
cc secum *auditorem*, vel *contra*-ni-
cc tentem *ferat*, cogatque ire quo ra-
pit. Hic enim, *faces* sunt adhiben-
dæ, & *aculei* [a] in Auditorum *animis*
relinquendi. Ad *hunc* igitur locum,
insigne aliquod dictum reservemus,
ut *Nectareum* quoddam *valedictio-*
nis poculum, [b] sive *melleam offam*,
& ἡωμὸν γλυκύπικρον, quod *fastidium*
avertat, & *sitim* in Auditorum ani-
mis, *te* diutius audiendi, haud facile
restinguendam pariat. Jam *vale*, &

——*Si quid novisti rectius* istis,
Candidus imperti; *si non*, his *utere*
mecum.

[a] ἴσχνα λιπτὰ τὶ κάρηνα τῶν ἀκόντων.

[b] Ut sic dicam, Saccharum inspergatur, fiatque delectabilis ad gustum. Lipsius epist. instit.

Chas, vel *Herculis Ogmii* catenam, *Transitionum Formulas*, ab ætate teneriori, *Iovis*, quasi *cerebrum* habendas,

Carmen Parallelum, ad *Autorem*, amiciſſimum *ſuum*.

Comprobo, delector, plaudo, pleno ore que laudo,
Velle tuum, calami nectare, acumen, opus.
Edm. Downing.

Præcharo ſuo, & præclaro Veritiæ Inſtitutori *I. C. S.*

Ὡς γάλ' ἀμιγόμενον μαζοῖς τρέφει ἀρτιγυίθλε
Σῶμα, τὸ ἐξαίξει, γῦα τ' ἀνδρεαβρέφες·
Ὡς, Διοδῶν τύτων, μελίγλωσσον, Γράμμ' ἀγο-
Ποιῆσ', γλυκερῶν, παῦδα γέμοντα λόγων. (ρηΐν
Δεῦτε Νέοι, μιςὸς ἔνδεν ἀπαλάζεσθε μαςύς.
Κλάρχιος, Εὐφραδίας χεῖ γάλα, Δεῦτε Νέοι
Θωμᾶς ὁ Βιχόππιος.

In laudatiſſimam Autoris operam, in *Opere* hoc, potius *Luſu* ut ait *ſuo*, *Transitionum* ſuarum concinnando collocatum Τέρασιχον.

SI *ſitias*, flumen *Romani* Nectaris *hic eſt*;
Si eſurias, *Latii verba diſerta fori*;
Hic ſeſe in varios *diſponunt ſercula* diſcos;
Ergo, qua *placeat*, *te ſatiato*, *dape*.
Iſaacus Knight.

UT, *per ſcamma, ſuum* veſtigia *ſedula* nutrix
Infantem tenerum figere prima *docet:*
Hic ita formarum, *firmat* formatque *libellus*
Eloquium; *ornandum dirigit* arte *ſtylum.*
Repſit ſic Ciceronis *humi*; & Demoſthenis *olim*
Vagiit in cunis Suada *diſerta ſuis.*

Jacobus Harringtonus.

FIat *ut* infirmus, *firmus convivia lauta*
Digerit; & vacuas *diſtendit ſanguine* venas,
Succoſos comedendo cibos: Tu, *carpe dapes has*,
(Parve Puer) *quas parva capit ſi forte patella,*
Mande tamen; *jejuna fames ne mordeat unquam*
Scripta, ſtylum ſucco *facient, &* ſanguine *plenum.*

Guilielmus Perkinſius.

O Fortunatos nimium, bona ſi ſua norint,
Agricolas! (*olim cecinit* Maro:) *ſed* bona *norit*
Si ſua, *noſtrarum* puerilis turba *Scholarum*,
Fortunata magè eſt, feritur metiturque *colonis*
Flava Ceres *multo* ſudore: Scholaſtica *vero*
Plebs *habet hic, variis* congeſtas Tranſitionum
Faſciculis formas: facundæ *copia* linguæ,
Ceu fœcunda *ſeges*, *feritur metiturque labore*
Alterius. *Reſtat* pueris *ut in* horrea *tantum*
Comportent; *transferre ſuum* prudenter *in uſum.*

Nath. Clark.

METHODUS
In ſtylo Oratorio & Scholarium exercitiis adhibenda.

PUero *Eloquentiæ* ſtudioſo, non inutile futurum arbitramur 1. *Methodum* ſibi proponere in componendis *Epiſtolis, Thematibus, Declamationibus*, &c. 2. *Formulas* quaſdam adhibere.

1. Ad EPISTOLAS quod attinet conſcribendas, inveniet in *hoc* libellulo *Regulas* ſuccinctas, Epiſtolographo neceſſarias—— *viz. Species* Epiſt. in triplici *cauſarum* genere, viz. *Demonſtrativo, Deliberativo, Judiciali.* 1. Epiſt.

1. In genere *Demonſtrativo* ſunt Epiſtolæ, 1. *Narratoriæ* ſeu *Deſcriptoriæ*. 2. *Lamentatoriæ*. 3. *Gratiarum actionis*. 4. *Gratulatoriæ*. 5. *Officioſæ*. 6. *Diſputatoriæ*. 7. *Collaudatoriæ*. 8. *Deprecatoriæ*.

2 In genere *deliberativo* ſunt, 1. *Suaſoriæ* & *Diſſuaſoriæ*. 2. *Hortatoriæ* & *Dehortatoriæ*. 3. *Petitoriæ*. 4. *Commendatitiæ*. 5. *Conſolatoriæ*. 6. *Reſponſoriæ ad conſolationem*. 7. *Monitoriæ*. 8. *Convitiatoriæ*. 9 *Reconciliatoriæ*. 10. *Conciliatoriæ*.

3. In genere *Judiciali* occurrunt hæ; viz. 1. *Criminatoriæ*. 2. *Defenſoriæ*. 3. *Expoſtulatoriæ*. 4. *Exprobratoriæ*. 5. *Purgatoriæ*. 6. *Excuſatoriæ*.

2. In THEMATE, Methodus fit ſecundum *partes* uſitatiores, quæ ſunt 1. *Exordium*. 2. *Propoſitio*, vel *Narratio*. 3. *Confirmatio*. 4. *Confutatio*. 5. *Concluſio*—— Vide paginas 24 & 25, ubi 2. Them

3. Declamatio. * Hos interim imitare non industrie solum, sed pene adfectate, & cupide; sic (in (quam) ut *color* quæsitus & *fucus* appareat, imo & *furtum*. ** Ut enim *pueros* nihil pudet cum *scribere* discunt, per singulos *literarum* apices; aliena sæpe *manu* duci; partem *prudi* cujuspiã cum Venia sæpe inseres, & centonem è *Tul'ii* purpura contexes, paulo post

Thematis nostri *Methodus* indicatur fusius. Neque hic sine nausea tua (Lector!) cramben illam potuimus recoquere. *vid.* postea Praxin Thematis. Ignoscas, quæso nobis ἀμεθοδίαν nostram, etiam dum Methodum quandam tibi pollicemur; neque enim aliter commode facere potuimus, præsertim cum non δεύτερα (ut est in Proverbio) verum etiam ἕβδομα φρονίδες σοφώτεραι. Octies enim edidimus jam hasce formulas, & in singulis Editionibus addidimus aliquid, ut farraginosum nunc Chaos, & tyrotarichon plane, legas necesse esse, & res magis congestas, ὑστεροπροφήτως, quam ordinate digestas, methodice compositas. Certe *Epistolo-graphica* nostra, naturæ & disciplinæ ordine, deberet præcedere, quæ nunc longo post sequitur intervallo.

3. In DECLAMATIONIBUS Methodus est omnino eadem cum prædicta *Thematis*, variato tantum (pro re nata) exordio, &c. *p.* 38. vid. retro *pag.* 24. & Praxin Declamat. quæ sequitur.

Secundo, ut in his *omnibus* requiritur *Methodus*: ita etiam *Formulæ* non erunt puero contemnendæ, tantisper dum sine *cortice* (quod aiunt) * *nature* possit, & confirmato jam usu, *pede* ** suis viribus, *sponte* ingenio, terram premere.

Inter *Formulas*, nonnullæ respiciunt *Contextum*. 2. *Materiam* **.

1. *Contextum*; eumque in *Epistolis*, *Thematibus*, *Declamationibus*, atque vel { *Separatim* eorum *singulis*. *Conjunctim* omnibus & *in communi*——.

1. In EPISTOLIS, ubi adhibentur *Formulæ*.

daturus *tuam*. *Lipsius Epist.* *** Prætulit mihi in istis facem. *Lipsius* in Institut. Epist. c. 12. Et celeberrimus *Earnabius* Indic. Rhetoric. pag. 10. Tabula Formularum.

læ. 1. *Salutandi.* 2. *Compellandi.* 3. *Valedicendi.* 4. *Subscribendi.* 5. *Dandi.*

2. In THEMATIBUS, sunt *Formulæ* 1. *Narrandi* sive *proponendi.* 2. *Partiendi, Distribuendi* vel *Dividendi.* 3. *Confirmandi* in genere. 2. Per *Causam*, rationis scilicet & *argumenta* proferendi. 3. *Contrarium.* 4. *Similitudinem.* 5. *Exemplum*, autores inducendi. 6. *Testimonium*, antiquorum dicta citandi. 4. *Objiciendi.* 5. *Confutandi.* 6. *Concludendi.* 1. In genere. 2. In specie, per Recapitulationem.

2. Pathopœiam in { exclamatione. interrogatione. admiratione, &c.

3. In DECLAMATIONIBUS; ibi in usu sunt Formulæ 1. *Compellandi* Auditores. 2. *Ordiendi* in genere, *primo.* 2. In specie. 1. *Benevolos faciendi à* Persona *Auditorum* & Nostra. 2. *Adversariorum.* 2. *Insinuandi.* 3. *Conciliandi.* 4. *Moderandi.* 5. *Narrandi* vel *Exponendi.* 6. *Confirmandi.* 7. *Confutandi.* 8. *Perorandi.* Sed in *his* nihil fere differunt à *Themate.* 3. Formulæ Declamationibus proprix.

Secundo *generales* formulæ, quæ *his* omnibus in *communi* competunt, sunt 1. *Transeundi.* 2. *Continuandi.* 3. *Abrumpendi.*

2. Formulæ ad *Materiam.*

Accusandi. Admirandi. Asseverandi. Consolandi. Consulendi. Corrigendi. Culpandi. Dehortandi. Deliberandi. Deprecandi. Dissuadendi. Dubitandi. Exclamandi. Excusandi. Hortandi. Illudendi. Gaudendi. Gratias agendi. Lamentandi. Laudandi. Lætandi. Metuendi. Minandi. Monendi. Objurgandi. Ostupescendi. Obtestandi. Officium agnoscendi. Opem offerendi. Opponendi. Petendi. Pollicendi. Precandi bene & male. Provocandi. Querendi. Reprehendendi. Rogandi. Suadendi. Vendicandi. Vituperandi.

FORMULIS

Hiſce *Oratoriis*, in hac nona Editione, ſubtexuimus

I. *Praxin*, ſive *Uſum Formularum*, in exercitiis Scholarium, *viz.*

1. In *Epiſtolis* tribus, ut de Praxi Epiſtolari.

2. *Themat.* tribus { longioribus, *Praxi ſform.* / brevioribus, *Them.* 1,2,3

3. *Declamationibus* in tribus diverſis quæſtionibus; Tres in ſingulis; *viz.*

Tres { Defendentis, / Opponentis, / Moderantis, } ut in *praxi* poſtea videre eſt,

4. *Exempla* Oratiuncularum aliquot.

II. *Quæſtiones* quaſdam { Declamatorias. / Inventioni Oratoriæ accommodatas.

III. *Epiſtolo-graphiam*, ubi de Affectionibus & Generibus Epiſtolarum.

IV. *Regulas* de Compoſitione *Oratoria*, ſeu elegantiori verborum *collocatione* in ſtylo Orationis diſponendæ.

V. *Manu-ductionem* ad Artem *Poëticam*, cui paucula ſubjunximus Poëmatiola, ut *praxin* etiam in his habere poſſint *Scholaſtici*.

Finis Methodi.

ATque hæc paucula *Præfari* viſum eſt deſtructura, & *Methodo* Formularum, deque ratione & contextu operis. Jam *Horſum* ipſum ingredere, ſi tibi lubeat (*Oratorcule* mi!) atque flores *aretalim* naſcentes decerpito.

Sed

Sed hic etiam in limine

Longos meos deprecor logos, ne λογομαχῆν me autumes; quocirca,

Si tu forsan de nimia longitudine, aut Formularum quarundam prolixitate conqueraris (quod, ut audio, aliqui) cogites velim, ut ille apud *Poëtam*, quod

——*ſuave eſt ex magno tollere acervo,* Hor. l. 1. ſerm.
Ut tibi ſi ſit opus liquidi non amplius urna, Satyr. 1.
Vel cyatho; & dicas magno de flumine malle
Quam ex hoc fonticulo tantundem ſumere——

Tu capias quantum lubeat pro capacitate *ſitulæ* tuæ, in uſum *præſentem*. Nobiſque noſtram non invideas (quæſo) *copiam*, luxuriem. Lipſ. Inſt. c. Epiſt.

Loquentes fere plurimum, qui minimum *eloquentes*, ut *corpore* tenues, *veſte* ſe dilatant: ſic qui *ingenii*, aut ſapientiæ *inopes*, diffundunt ſe verbis, --λόγων ἄκρατος, ἀ'σωτος ἀ'πλουτος λόγων.

——*hanc veniam petimus,*
Damuſque viciſſim——

Rogatus aliquando *Tullius*, ille Romani ſermonis princeps ac autor, quam maxime *Demoſthenis* orationem approbaſſet, *longiſſimam* dixiſſe dicitur. *Plutarch. in vit. Ciſer.*

Non erat mihi unquam in animo, *præſcribere* vel *meæ* olim, vel alienæ nunc pueritiæ literariæ, formulas verbatim aptatas exercitiis ſuis; ubi tunc puerile ingenium? ubi *inventio*? ubi *prudentia* in ſeligendo quæ in rem faciant ſuam? ubi cura, & advertentia *pædagogica*, ut ſic permitteret agi? *Apes thymum* ferunt domum, non *flores* integros; exſugunt quod placet.

Imprudenter ſane ageret *ſartor* veſtiarius, qui totam panni coccinei aurative telam in unam chlamydem diſcinderet, conſueret; peritus artifex rationem habebit *corporis*, ſive *pueriliſ* ſeu *virilis*,

virilis, & veſtes juxta menſuram debitam efformat: Idem hic *pueri*; idem faciunto *pædagogi*.

Si *hæc* non ſatis tibi faciant paucula, vide *Querelam* noſtram Apologeticam in pagina illius *quarta*, &c. pag. 412.

Formulæ ad Contextum Oratorium pertinentes:

& Imo.

¶ Formulæ *compellandi* Auditores, in Declamationibus, Orationibus, &c.

Viri ampliſſimi!

Auditores { *Humaniſſimi! Candidiſſimi! Lectiſſimi! Auritiſſimi! Doctiſſimi!* } *Viri vere* { *Apollinares! Ornatiſſimi! Generoſiſſimi!* } { *Summates Palladii! Heroes Literarii! Apollinares Semidei!*

Vir venerande, verendeque! Vir ſpectatiſſime! Clariſſime vir!

Digniſſime, Obſervande, Honorande, Generoſiſſime, Venerande } *Mecœnas!* { *Magnifice, Illuſtriſſime, Honoratiſſime* } *Domine!* { *Minervalium Præſes Virorum!*

Per-illuſtres & generoſi admodum Domini!

Amiciſſimæ, Mellitiſſimæ, Chariſſimæ } *animæ!* { *Magne Literarum Atlas, loci hujus Lumen & Columen! Literariũ, Literatorumq; muſegêta! Heros magnifice, Literarum & Literatorum Fautor eminentiſſime!*

{ *Apollinare Caput! Minervales Pedes! Florentes Academici!*

Syntaxis

Syntaxis doctiſsima!
Celeberrima Panegyris!
Optimates literarii!
Veneranda Capita!
Apollinaris Corona!
Minervalis Chore!
Mercuriales Adoleſcentuli!
Heliconia, Attica } *Iuventus!*

Chara Muſarum Soboles!
Magni Apollinis incrementũ!
Igniculi Heroici!
Iuvenes Philomuſi!
Generoſi Minervæ filioli!
Proles Apollinea, almæ Palladis quam nutriunt ubera!
Plebs Literaria!
Minervale Sodalitium!

Digniſsime, Vigilantiſsime, Prudentiſsime } *Prætor!*

Viri Conſulares!

Cives Patricii!
Patres Conſcripti!
Senatores graviſsimi!

Studioſiſſimi Muſarum Alumni!

Vos, qui utramque *Minervæ* mammam exſuxiſtis, exſiccaſtis olim!

Mei ſub eodem *Palladis* vexillo Commilitones ſuaviſſimi!

Vos, quorum ætas teritur in libris!

Attentiſſimi Animi! Patientiſſimæ Aures!

Vos, qui *Tineæ* eſtis, & Helluones chartacei!

Vos, qui in ipſo bonarum Literarum emporio verſamini!

¶ Lector! *Figuræ, quas vides* marginatim *ſparſas*, Locum *illum, & Paginam, unde ſingulæ deſumptæ ſunt Formulæ*, & Praxi *applicatæ, indigitant.*

P *Paginam notat.*

II^do.

Formulæ *Exordiendi.*

Plutarch. *in* Hannibale.

MArcum aiunt *Antonium*, *Peripatetico Phormioni* gravem *imprudentiæ* notam inussisse, quod *rei militaris* scientiam explicaret, audiente *Hannibale*.

Si sint proiixa nimis usui tuo isthæc *Exordia*, quam erit, tibi facile *Procrusten* hic agere, decapitando, degenuando.

C. Iulius admirari solebat eorum ora, qui in scena *gestum* agerent, spectante *Roscio*: videbor igitur *ego* fortasse minus aut *prudens*, aut *pudens*, qui, cum tot adsint hic & adstent undique *Hannibales* & *Roscii*, tenuitatem nostram in hoc dicendi genere longe superantes, illustrem nihilominus hujus *sententiæ* sublimitatem, exili mea dictionis *infantia* deformare turpiter non reformidem. Cum tamen admirabili *favoris vestri* amplitudine ad dicendum impellar, inconcinna profecto hæc *orationis* meæ structura in mora mihi non erit, ut ab instituto retardarer, quo minus——

Plutarch. in Theseo. Luxuriem nostram amputa: arctioribus cancellis compinge. comprime; in angustiorem alveum & ripas contrahito exundantiam; ut ita viis & modis proposito tuo adaptemur formulæ.

——*Marcus Tullius* eloquentiæ Romanæ parens, magna semper trepidatione *exordiri* consuevit——

——Nam si *Anacharsis* philosophus, ignorantes *Musicam* deridebat de *Musicis* ferre judicium; quanto magis *imprudentes* damnasset, si de *prudentibus* vidisset judicare——

Theophrastus progressus in concionem repente obmutuit——

Isocrates

Iſocrates ob ingenii timiditatem, vel hiſcere nunquam *publice* auſus eſt——

Illuſtriſſimum illum *Alexandrum*, orbis terrarum Monarcham invictiſſimum, ab *Apelle* tantum ſe *pingi*, à *Lyſippo fingi* voluiſſe ferunt; hoc nimirum conſilio, *ne à vulgaribus & obſoletis, operibus non tam illuſtrata*, quam obſcurata, illius *videretur dignitas*.

Vos igitur (lectiſſimi *Auditores!*) male conſulitis tam divinæ *veritati* ſublimitati, ſi *eam* à me, lutulentis barbariæ fæcibus inquinatam ſordeſcere patiemini; cum oratio *mea* nec lacertis poteſt contendere, quod *authoritate* nihil valeat, nec illecebris delinire, quod careat *lepore*; nec aculeis commovere, quod *judicii* maturitate deſeratur.

Potes & hic, pro ingeniolo tuo, ex hoc *uno* tam prolixo exordio *tria* facere, breviuſcula, verbis aliquot additis & immutatis.

Quare quum ſingularem *ejus* excellentiam ſatis eluminate decorare nequeam, faciam ut olim *Timanthes* ille pictor, in immolanda *Iphigenia*, qui caput *Agamemnoni* obvolvendum putavit, quod immenſam ſui *mœroris* acerbitatem, penicillo non potuit adumbrare; pariter *ego* hujus rei magnificentiam, quam vix *cogitando* conſequi valeam, *ſilentii* ſipparo involvendam relinquo——

Veteres *Græci*, qui Εὐχαείαν magnifecerunt, priuſquam aliquod opus aggreſſi eſſent. *Opportunitati* ſemper litare ſolebant; quapropter, & *ego*, in ipſo orationis meæ veſtibulo, *veſtrum* favorem & æquanimitatem, veluti *Mercurium communem* implorandum cenſeo.

Cum *Muſa* noſtra, flexanimæ ſuæ *Suadæ* fœtum ſtatim ſit paritura, *Vos* (ceu tot *Deos Nixios*) imp'orandos arbitror, ut *obſtetricantem* illi accommoderis operam——

Theſeum ferunt, *Ariadnes* ope, in penitiſſimos (irremeabilis alioqui) *Labyrinthi* receſſus olim ingreſſum, inde etiam exiiſſe feliciter; *Ego* pariter

ter facile intelligo, *me* non niſi *veſtræ* aura & *Favonio* benevolentiæ, ceu *Ariadneo filo* fretum, poſſe ampliſſimum hunc dicendi *Oceanum* ingredi; *me*, non niſi *veſtræ* patientiæ *velis* adjutum, poſſe in eo *progredi*; nec inde *egredi*, niſi in *veſtra* æquanimitate, *proram puppimque* collocem. Adeſte igitur (*candidiſſimi Auditores!*) *meque* benevolo patientiæ veſtræ *influxu* juvate, dirigite; ut *portum*, aliquando tandem, appellere mihi liceat, implacatas *invidiæ Syrtes* prætervecto——

Nobiliſſimum illum pictorem *Timanthem*, (ingentis *Cyclopis* magnitudinem, *parva* in tabula expreſſurum, *pollicem* duntaxat ejus (quem *Satyri* juxta picti, thyrſo metirentur) penecillo ferunt adumbraſſe:——Ego pariter.

Hæc *ara* (*vos Apollinares Semidei*, quibus *primitiarum* noſtrarum ſpem *viciſſim* litamus, nobis enim ſingulis, *redit, ut agricolis, labor actus in orbem*) aliquid, naribus tam divinis dignum thymiamatis, elimatum arte, quodque *auribus* ſit harmonicum, videtur exigere. *Ego* autem, quantumvis omnium ineptiſſimus, qui tam *ſacras*, tam *purgatas* affarer aures; veruntamen cum *veſtro* omnium ſuffragio *calculiſque*, in hanc *Spartam* ſim delegatus, *vos* quæſo, *viris* animoſque mihi ſuppeditetis, ut *meam* hanc exornem provinciam.

Quod tanto ſecurius facturus mihi videor, tanto etiam alacrius, ſi inſtitutum *iter meum*, *regio favoris* veſtri *diplomate* muniatis; cujus publica *Majeſtate* (ranquam *Mercurii* caduceo) ferratas *hoſtium* phalanges tuto aut penetrare poſſim, aut præterire; qui abunde mihi proſpectum exiſtimarem, adverſus omnia *cenſuræ* præjudicia, ſi *mea* non prorſus improbaveritis. Quare, quod *vultu* pollicemini, id *audiendi* facilitate comprobetis obſecro, ut mihi *primas*

anchoras

anchoras ſolventi bene *velitis*, (qua eſtis confitate,) & quæ dicuntur (qua eſtis æquitate) candide *interpretemini*——

A *vobis* itaque *Muſarum patroni*, *viri vere Apollinares*!) à *vobis* petunt, qua poſſunt obſervantia, (finite quæſo ut exorent) benigne ut audiatis *me*, quem miſerunt *Legatum* à *Latere*) oratorem *ſuum*, talem, qualem, ferendo leniter tenuem *meam* in dicendo facultatem——

Ad *veſtram* enim benignitatem, tanquam ad *ſacram* aliquam *arcem* ſupplex accurro, ut ſub *Achilleo* veſtri *favoris umbone* intrepide lateam, nequa in noſtris *his* conatibus, *genuinum frangat* maledicorum *Erinnys*; quo ſi *me* favore dignabimini, nulla *loci* intercapedo, nulla *temporis* diuturnitas, hujus rei gratiam obliterabit.

Ego enim, quamvis inter omnes *Athenienſes* minimus, quantuluſcunque tamen ſum, operam dabo, ut ex anguſtis inventionis meæ *urnulis*, è limpidiſſimo *veritatis fonte* repletis, *nectar* reconditum hauriatur, quod veſtris *propineus* imbibendum *auribus*. Adeſte huc igitur omnes *(circumfuſa corona!)* adeſte *(inquam)* ſinguli *animis*, perinde ac *corporibus*; arrigite mentes aureſque *veſtras*, & *me* denuo dicentem patienter audite, quem adeo pluſquam benevole, præliminari hac præfatiuncula *vos* ſalutantem, audiviſtis hactenus——

III^io.

Formulæ conciliandi Benevolentiã.

de { *perſona* { *Auditorum.* / *Noſtra.* / *Re ipſa de qua dicturi ſumus.*

INſuetum *præſentiæ* tam *verendæ*, tam *venerandæ* jubar, mentis (mihi *Infamulo*) oculos, radiis adeo

adeo offuscat suis, ut tanquam *noctuæ* ad solem, mea jam caliget ingenii *acies*, ut quem non tulit *unicum Ovidiana Semele*, *ego* minus, tam multos *Ioves*, & *Phœbos* meæ orationis angustia recipere possum; utcunque tamen tenuitatis *ego* meæ mihi conscius sim, vix tamen intra *cochleæ* meæ testam jam contineor, quin inter aliorum *naufragia*, & successus in hac re, minus prosperos, ad *pulchrum* illum, *Bonæ spei, bonæ mentis, portum*, & almæ *veritatis Elysios*, aspiraturus sim: si modo, *aureum* mihi favoris, & benevolentiæ vestræ *ramum* porrigatis supplici——

Carneadem ferunt (qui ex tribus nobilissimis *Athenienſium* Philosophorum *primus* habebatur) tam incredibili dicendi vi fuisse præditum, ut *nullam unquam in suis disputationibus rem defendit, quam non probarit; nullam oppugnavit, quam non everterit.* O felix viri ingenium! feliciorem fortunam! utinam & mihi——

——*si, cui jam circum utrinque, phalanges*
Stant denſæ, strictisque seges mucronibus horret
Ferrea—— Æn. 12.

Spero *me* à vestra omnium æquitate impetraturum, ut ad orationem meam, faciles hodie aures, sitientesque afferatis. Quare, nec veteri *rhetorum* more, rogabo ut *attendatis*, quia *res* ipsa, de qua jam dicturus sum, *hoc* à vobis exiget; nec deprecabor quod orationem affero, nullo aut *flore* sparsam, aut artis *gemma* immixtam.

Ingenio tam acri, ac vehementi, ut nihil sibi pene ad expugnandum proposuerit, quod non aut acumine irruperit, aut pondere illiserit. *Vincent. Lirinenſ. de Tertull.*

——Cur vos Summates viri, *Patriciique ordinis Proceres*, ad hoc plebeium convivium vosmetipsos ingeritis? non istis palatis hæc parabantur legumina——

Vos

Vos vero, (incomparabiles *viri!*) ut amare debeo, sic meture non nihil non possum, non quidem ut *natus* parentem; verum, ut qui timide causam suam agit, *judicem*; non quia causæ diffidat, sed quod de se desperet. Præterquam enim quod ignotus *mihi* non sum, divinam ingenii vestri vim, cum inexhausta sapientia perspectam habeo.

Te igitur (*vir maxime!*) oro obtestorque, ut tantisper dum *me* audies, eruditus esse desinas, scientiam seponas, benevolentiam induas——

Ut jam *Scaligeri* nomen (quod de *Tullii* eloquentia dixit *rhetor*) non pro *erudito* homine, sed pro *eruditione* sumatur. *Heins.*

Archidamus Periandrum dixit è bono *Medico*, pessimum *Poëtam*, malis carminibus fecisse; ἀντὶ χαλεπτοῦ ἰατροῦ κακὸς ποιητὴς καλεῖσθαι βουλοῦς. Vereor ne & *me*, quem hactenus æstimastis *aliquid*, comperiatis demum quam sim nunc nihil——

Demosthenes Græcorum eloquentissimus, apud *Philippum* regem Amyntæ filium verba facturus, in ipso statim orationis limine stupefactus obmutuit, majestate (ut credibile est) tanti *viri* perterritus. Quod (ut opinor) heri ac nudiustertius *mihi* contigisset, nisi stuporem hunc, explorata mihi jampridè excussissent humanitas *tua*: —*Text.*

——Non sunt somnia aut nugamenta hominum, aut Poëtarum fabulæ, quas *vobis* explicabimus; audietis monita illustria, audietis——

——Quod optare licet, præstare non licet; sed quoniam alterum *potentiæ*, alterum *voluntatis* est, respicite æquitate vestra quod adest, supplete benevolentia quod deest.

——Non de stillicidiis, aut aqui-pluviis, sed de causa seria, re magni momenti est nobis sermo——

Dignum

Dignum eſt attentione veſtra argumentum (*Benigniſſimi Auditores!*) quamquam nec de *vobis* dubitare ſit nefas——

Non ſunt levia quæ pertractamus *Auditores* ——quibus graviora, ne *Conſcripti* quidem in Senatum *Patres*, aut ex ebore curuli *conſules* pronuntiarunt——

Graviſſimum nobis, (*Auditores* humaniſſimi!) graviſſimum onus incumbit, ætas autem *hæc*, & illa quam videtis adoleſcentia longe ſubſiſtit impar, quæ nullis fulta præſidiis, nulla eruditione inſtructa, nullis ingenii viribus innixa, *opem* veſtram implorat ſupplex——

——Sed acceptior fortaſſe erit ex intimo *cordis* penetrali, leniter ſpirans *ſimplicitas*, quam in labiis tantum natans phalerata hujus ſeculi *grandiloquentia*——

——Ecce vobis *novum* jam argumentum, *rei* ſane, ut opinor, non injucundæ, cum vobis, *ſcio*, non placeat recocta *crambe*, quæ antehac ſæpius appoſita excitavit nauſeam.

——Dabitis, uti ſpero, pro innato *veſtro* candore veniam——& aurem paulo faventiorem, cum *noſtra* jam oratio humili ſerpat pede, non *tragico* ſuperbiens cothurno, nec nugas vobis & *apinas*, aut ἱππoβήμονα ῥήμ]α, (ut ait *Comicus*) ſed rem uti res eſt proferat——

——Difficili plane de re dicturus ſum, neque quiſquam eſt, cujus de lumine, lumen accendam meum—ſi igitur erratum à *me* uſquam fuerit, veſtram πρωτοπόρῳ ζυγγνώμῃ indulgete——

——Tametſi non inter *primos*, ſic nec inter *imos* prorſus debeam conſidere——

Per eam *vos* humanitatem rogo, quam incluſam in pectoribus, domo *huc* attuliſtis, ut dum dico, patienter aſſidere, & attente auſcultare velitis——

Hanc

Hanc ad *telam* pertexendam, dum pleno me confero gradu, officioſe *vos* compello, ſtudioſe peto, obnixe comprecor, ut porro benignitatis *aura*, benevolentiæ veſtræ *ſpiritu*, leviſſimo favoris *Zephyro*, ad portum altum provehatis, *hoc* leve & demiſſum genus dicendi——

Quod dum facimus, *vos* auditores quotquot adeſtis, obteſtamur, quanto eſtis *nobis* eruditiores, tanto ſitis quoque ignoſcentiores, nobiſque balbutientibus, attentionem aliquantiſper largiamini——

Simul illud deprecor à *vobis*, ut non prius temeritatis mihi notam exulcerato quodam animo inuratis, quam *me* provinciam hanc ita depoſuiſſe judicetis, ut à ſuggeſto non ejectus, ſponte diſcedam——

Si quid hæc *ætas* quæ nondum adoleſcentiæ ſpacium eſt egreſſa; ſi quid hoc *judicium*, quod nullo rerum eſt uſu confirmatum; ſi quid hæc *eloquentia* quæ primis tantum præceptis eſt imbuta, poteſt, conabor ut——

Quum multum de *amicitia* ſcripſiſſet *Cicero*, librum illum ſuum *Pomponio Attico* inſcripſit, amico *ſibi* conjunctiſſimo; quumque de *Senectute* porro *ipſe* copioſe diſſeruiſſet, nullum alicubi operis iſtiuſce idoneum magis invenire potuit patronum, quam eundem *Titum Pomp. Atticum*, virum multa canitie venerandum. Prudenter admodum *patroni* ſui, cui nuncupaverat, conditionem, ad ſubjectæ materiæ qualitatem applicans, & adaptans: ita & *Ego* (ſi *magnis componere parva licebit*) vindicias ſtudiorum, & literarum patrocinium ſuſcepturus, in improbos nebulones, atque ignaviſſimos horum temporum fucos, opportune, uti ſpero, & appoſite coram *vobis*, adoleſcentibus virtuoſis pariter ac ſtudioſis, dicturus venio——

Ulte-

Ulterius autem antequam *linguæ* fræna indulgeam, quæso *vos* per eam quam hactenus invicem, ex literarum humaniorum cultu satam & propagatam conservavimus amicitiam, velitis, *aurium*, (ut sic dicam) *ædes* vacuas mihi aperire, & peregrinantem dicendarum rerum *veritatem* admittere——

Auscultа, *eorum* discipulorum, *brevissima* attente, vitabo sermonem lacinioſum; attende benevole, promitto animum officioſum.

Favete igitur linguis, & permittite ut in hoc opere arduo, honestaque admiratione, tanquam *profanus* lumen adorem, onerariaque navi mea littora tantum prætervehar——

Atque utinam dum imparibus arduam hanc molem humeris impono, aut *Ciceronis* voce uti possim, aut alacritate *Demosthenis* excitari!

Cum tot tantisque difficultatibus, affecta atque afflicta, in vestram, *Auditores*, fidem, veritatem, misericordiam *Veritas* confugerit, Te *Domine*, vosque, qui in *concilio* adestis, orat atque obsecrat, ut multis injuriis jactatam atque agitatam *æquitatem*, in hoc tandem loco consistere & confirmari patiamini: id quo facilius facere possitis, dabo operam, ut à *principio*, rem ipsam, quemadmodum gesta & contracta sit, cognoscatis——

Hercules olim adversus *Hydram* Lernæam, & *Cancrum* congressurus, coactus est, *alienam* opem implorare, qui *ipse* solet opitulari cæteris. Ego *unus* cum tot monstris dimicans, iisque subinde novis exorientibus, quid faciam, si manum mihi adjutricem non porrigatis? si sub *Ajaceo* vestri Patrocinii clypeo non protegar——

Peto, ut *quantum* nobis deest *eloquentiæ* (deest autem *plurimum*) *tanquam* ab *humanitate* vestra ac *benevolentia* accedat; ne si secus fiat, non unius

viri,

viri, ſed ipſius *ſapientiæ* laudibus intercidiſſe videamur.

Oro, rogo, ut ea, quâ cœpiſtis, benevolentia, & arrectæ auſcultationis, aura, dictionem hanc ad præſtitutum terminum proſequi haud dedigemini——

——*Solamen habebo*
Mortis, ab Æmonio quod ſim jugulatus Achille.

——Qua de re cum breviter dicturi ſimus, peto, ut, quod eſt amoris, ac benevolentiæ, *benigne*; quodque ſtudii ac diligentiæ, *attente* audiatis——

Quam *hæc* minime levis ſit controverſia, facile intelligetis——

——*Nec enim levia aut ludicra petuntur*
Præmia, ſed Turni *de vita & ſanguine certant.*
Æneid. 12.

Suppeditabit (uti ſpero) candor veſter, & attentio, ut grata antevertam celeritate (quæ delaſſatos facile occupat) ex prolixitate nauſeam——

——Hæc quam ſint in *me* exigua, agnoſco, nec de *me* quiſquam tam abjecte quam *ipſe* ſentio——

——Magna profecto *res*, & ad diſcendum utilis, & ad recolendum neceſſaria, *quam* etiam atque etiam exemplorum molibus illuſtrare atque inculcare ſtudebimus——

——Ut ad conſenſum *ſui* quos ſuadere non potuerit, impellat, *cujus* quot pene verba, tot ſententiæ ſint, quot ſenſus, tot victoriæ——
Vinc. Lirineſ. de Tertull.

——*Simonides* in ardua illa quæſtione *Hieroni*, deliberandi cauſa, *unum* ſibi *diem* poſtulavit, poſtridie vero *biduum* petiit, & deinceps dierum numerum duplicavit. Haud aliter *ego* in hac nodoſa difficilique admodum controverſia ——debeo aliquot *dies* ad cogitandum poſtulare,

lare, quia, quanto diutius considero, tanto mihi res videtur obscurior——

——Cum causa sit multiplex, & non paucis difficultatibus obvoluta —— imo undique sit præjudicium, undique præcipitium——

——Quanquam & de *hac* re perinde ac de aliis, tanta est controversia, ut *horologia* sexcenta facilius in concordiam redegeris, quam *tres* aut quatuor Philosophorum super *his* rebus dissonas opiniones —— jam vero *quis* recenseat quæ à singulis perhibentur de *natura*, de principiis, de *Deo*——

——Nam à veteribus Philosophis hæc quæstio olim decocta, *his* temporibus recruduit——

Illud modo, antequam ulterius provehar, à vobis summopere contendo, ut quando omne mihi perfugium in *vestra* bonitate, & clementia situm est, tenuitatem meam vestro favore ac silentio sublevetis, quo mea oratio his veluti *secundis* subjecta *ventis*, quem sibi proposuit, portum facilius consequatur.

Ut pronis auribus, benevolisque animis vocem *oratoris*, de eximio seculi hujus ornamento differentis, excipiatis——

——Non rhetoricor *Auditores*, non tinnio, bullæ, & crepitacula puerorum sunt, aut fanaticæ forsan juventutis.

Sed si jam vestra illa *favoris* aura, nostræ hujus *Vela* imbecillitatis impleverit, superabo scopulos omnes difficultatis tantæ, & ingressus in portum, *veritate* dictionis hujus coronidem conservabo——

Præbete quæso mihi *vestras* attentissimas *aures*, dum hæc à me proposita, tenuiter pertractata fuerint, sub Ajaceo vestri patrocinii *clypeo* nudam veritatem obumbrate——

Sed ad *humanitatis* vestræ *genua* procidit *oratio* nostra,

noſtra, ſupplex animi *nuncius*, & delegatus; cui, ut benevolam præbeatis *aurem*, obnixe *deſidero*; nullorum enim uſpiam lenitatis cenſuram, vel magis *expeto*, vel magis *exſpecto*, quam *veſtram*, (doctiſſimi *Auditores!*) quibus, ne *Athenas* quidem ipſas, credo fuiſſe magis *Attica*.

Oro *vos* igitur, ut *irradiet* mihi, veſtræ *humanitatis*, (ceu cœleſtis cujusdam cynoſuræ) jubar, *vultus* veſtri *ſplendore*, me ſubtimide, debili utcunque conatu *dicentem* mirifice reficiatis, ſi conatum quantulumcunque meum probaveritis.

Quanquam dum *vos* in tantillas haſce *minutias* deſcendere non diſpuduerit, optarem equidem ex intimis (quod aiunt) præcordiis, ut veſtras aures *Ambroſia*, *Nectarisve* ſucco ſaturas dimitterem ——

Dum *vos* modo propitios habeam, quorum imprimis vereor, & revereor judicium ——

Sed cur *ego* vos (mitiſſima *ingenia!*) adeo operoſa *precarer procarerve* prece, quorum *vultus* placidique *mores*, faciunt, ut mihi de *vobis* dudum pollicear futurum, ut ſub *Achillæa* veſtri patrocinii panoplia, omnes maledicarum linguarum *latratus* facillime retundam ——

Hac *ego* de re cum dixero, dum immenſum hunc *Oceanum* tranavero, *vos* quæſo (*Auditores!*) veſtra ut faveat conſueta *affabilitas*, indulgeatque placide balburienti noſtræ oratiunculæ; ut in quam *me* ſpem, *vultus* veſtri oculorumque benignis indiciis erexiſtis, eam *attentione* quoque veſtra confirmatam dignemini, veſtroſque animos *verbis meis* velut catenis quibuſdam alligate ——

Cujus quantumvis *Oratio* nullis verborum *Stellis* ornata, nullis phraſium *ſideribus* illuminata, nullis elegantiarum *luminibus* diſtincta, eloquentia *nitere*, compoſitione *fluere*, ornatu *ſplendere* non poteſt; *vobis* tamen quæſo placeat, puriſſimum

mum hujuſce *veritatis* merum, ceu divinum aliquem *ſuccum* imbibere, ut plenis illius *amphoris* ſatiati, *anſam* mihi præbeatis triumphandi ſerio—

Magnaque det nobis tantus *ſolatia victor.*

Atque utinam ea *mihi* felix fortuna contigiſſet, ut dum *auri* laudes proſequor ora ione, *aurea* quadam apud vos eloquentia, *aureo* verborum flumine ac ſententiarum inundare poſſim! ſed quoniam in hac infantia noſtra, & *eloquentiæ* tirocinio, facilius optare quidvis licet, quam aſſequi—

Exſanguem hanc noſtram *declamatiunculam*, benignis intueri oculis vos obteſtor; & ſi quid duriuſculum *auribus* tam teredibus videatur, candide dignemini interpretari; ut ſic (cum habuerimus *Mæcenates* & *Patronos*, qui tanquam *Dii Tutelares*, ab inveterato *tenebrionum* livore, noſtram qualemcunque vindicetis conatum) ad *veritatis Phaëton* aut *Cynoſuram*, clavum futuræ orationis dirigentes, *mare* iſthoc, tam inquietum, feliciter trajiciamus—

In quem *ego* dum efferor *Neptunum*, (veritate *duce*, veſtraq; patientia *comite*.) rogo ſuppliciter, veſtræ *nobis* ut afflet attentionis *gratia* noſtriſque benigne aſpiret *linteis* benevolentia; ut ſi obvias quas in *rupes* navicula mea, minus ſecundis *Euris* impulſa, illiſerit; æquanimitatis *veſtræ* remigio, & *Cynoſura* naufragii periculo integra emergat.

Vid. Excuſan.—

IV.

Formulæ ſumptæ à Perſona Adverſariorum, eos in contemptum & odium trahendi.

Inter has plurima ad *confutandi* formulas referri poſſunt, & contra.

EXploſerunt jampridem *ſeniores* & *ſaniores* Philoſophorum, *paradoxiloquum* illum *Anaxagoram*,

ram, qui *nivem* eſſe *nigram*, & *ſolem* candentem dixerit laminam: Sed en etiam jam virum, qui—

Candida de nigris, & de candentibus atra, aſſerere non veretur! qui *adverſus ſolem* (quod aiunt) *loquitur*, & inſana ſtribiligine, & *ſua* (qua tantum pollet) *ſartagine* loquendi, aures *veſtras* captivas ambit demulcendo, * abducere:

* Honeſta publico gaudent, ſcelera ſecreta ſunt, *Minut. Fel.*

Cujus oratio (ut audiviſtis) calamiſtris *meretricis* inuſta, unguentis fluentibus delibuta, pigmentis rhetoricis effœminata, non incorrupto *ſanguine*, ſed aſcititio *colore*; non naturali *ſucco*, ſed accerſito *fuco*, fallaciter eniteſcit.

Sed *hedera iſta*, quam in orationis ſuæ *veſtibulo* & fronte, *ſuſpenſam* habet, *vinum* intus haud *vendibile* indicat—

Pronum *te* audio ad maledicta—credo id ea cauſa factum, quia bene loqui non didiceris: ſed quid tecum agam argumentis, cum ex primis *philoſophiæ* apicibus, liceat mihi omnem illam ſtruem verborum demoliri—

Dextera nec tua te *Graium fortiſſime* Creteu
Eripuit Turno: nec Dii *texere Cupentum*
Æneæ veniente, ſui: dedit obvia ferro
Pectora, nec miſero clypei *mora profuit ærei:*
Te quoque ——— Æn. 12.

—à quo protrahitur rurſus in *ſcenam* hoc *drama*—

Inauditarum, neſcio quot, vocum colluvione olens, ut *ſervus* ille Plautinus ait, *allium, hircum, haram, ſuem, canem, caprum, commiſtum*: ut quemadmodum odor qui ex *Averno* efflabatur, ſupervolantes aves necare ſolitus dicitur; ita illud *pus*, illa *ſanies*, illud *virus*, optima quæque *auditorum* ingenia examinet.

Sciunt fœtores ſuos *nulli* fere cito eſſe placituros, ſi *nudi* & ſimplices exhalentur, atque id-

circo eos eloquii velut quodam *aromate* aspergunt——

——Quibus à *Pacuvio* & *Ennio* demortua accersebantur *verba*, saltitabant periodi, macra, jejuna, ac famelica *oratio*, succo omni, nervis destituta omnibus, & copia, punctulis quibusdam *& allusiunculis*, aut memoris *interim* præcisis, & interrogatiunculis abrupta *nauseam*, satietatemq; *sui* pariebat. Histriones scenicos dixisse, aut ad instar *Telephi* Euripedæi non *mendicos* modo, sed *& claudos*, qui chorago intus rem gerente, *spectatores* cum tibicine oblectarent, & dum maximo conatu aliquando exilire conarentur, cum majore *spectatorum* voluptate quam applausu caderent, non irent. *Heins.*

——Accedebat blanda *Siren* quæ dicendi meretricia suavitate quadam, ac lepore, homines propemodum in *pecudes* converteret——

O *Xerxes*, meo quidem judicio barbarorũ ignaviſſime! non exercitum ducebas, sed armentum; neque *Dux* eras, sed bubulcus—— quum turmis singulis *lorarios* dedisse diceris qui à tergo cessantes ferirent, flagrisque ad *virtutem* impellerent——

T. *Livius* bovem locutum fuisse inter *prodigia* non semel posuit, *hoc* vero tempore homines ita quotidie loquuntur——

——Sed obstruam *his* ora (si hanc mihi indulgeatis veniam *Auditores*) fimo, & oleto——

Fortissimi profecto *Ajaces*, magnanimi *Hercules* feroces profecto Gigantes, qui *cœlum* oppugnare malint, quam *veritatem* agnoscere: lingua tenus docti, *holoserica* spectabiles præfatiuncula, cincinnis oratoriis compti; qui si à *rastris* ad *rostra* (cum *malis* Diis) transcenderint, *vacuum*, plus nimio, *verticem*, inter astra illico condiderint, *non obstante*——

Quæ

Quæ omnia magis eſſe *veriſimilia*, quam *vera* (ut *Cæcilius* apud *Minut. Felicem*) facile perſpexeritis, cum adverſarius, ut fatiſcenti ſuæ paradoxiæ ferat ſuppetias, *hæc* commentus fuerit—

Qui *præſtigiis* ſuis oratoriis ex *Arabia* felici, per Arabiam *deſertam*, in Arabiam *petræam*, ſuos ſeducunt auditores; qui labra ſua *amoris* nectare circumlinentes, os utcunque *roſam*, *mens* tamen ipſa ſpinam olet.

Ne forſan rideris cum rhetore illo, quem Philoſtratus ſcripſit, cum dixiſſet ὦ Ζεῦ! in terram conjeciſſe vultum; cum addidiſſet ὦ Γῆ! oculos in cœlum ſuſtuliſſe ———

Ut de illo haud immerito, quod *Heraclitus* aiebat dici poteſt; *aſinum*, *ſtramenta malle quam aurum*, & depexum mendici pallium, quam pannum elegantiorem, ſtolam regiam magnifacere.

Sed *ego magnidicas* iſtas *Antagoniſtæ* jactationes, nihil eſſe aliud puto, quam *larvam*, qua *putentia* cauſæ ſuæ *ulcera* tegeret; qua *vos* ludos faceret, & tanquam præſtigiis *effaſcinaret*; cujus veſtigia *greſſuſque ſingulos* ſi oculatius paulo inſpexeritis ſinuoſas fraudes, & *anfractus leporum* procul omni dubio deprehendetis; cujus à *tergo*, veſtigiis etiamnum lubet inhærere, tantiſper dum ſuperbientis animi *triſtam* depoſuerit——

———Faciunt & veſpæ favos, & *ſimiæ* imitantur homines ———

Nullus adverſariorum cœtus tam effrons prodiit, qui *veritatis*, non magnifice circumrotet vexillum.

———Quis enim ferat tam graphicas & diſtinctas *ineptias* de?—quis portentiloquia iſta non exhorreſcat?

—Nuſquam *ſcriptum aut fictum aut pictum in pariete*, ut ille ait; idem ergo fecit, quod *cum multa jura confundit cocus*.

—Quid ſi, tanquam *Argivum* clypeum abſtulerat, glorietur inſolens? *Terga dabo?* & *Turnum fugientem* hæc terra videbit? Uſque adeone *mori* miſerum eſt? *ut Turnus olim*, Æneid. 12. Sic & ego—

——Ut non extricandis pene ſe induunt Labyrinthis, qui hanc controverſiam palmarem, tantis ſuadere clamoribus etiamnum ſatagunt—

—Iſta crudiora *Errantis* philoſophi effata, ita affabre condierunt quidam recentiores— quibus me, quoad potero, maſcule opponens—

—Nec genium habentes nec ingenium, quorum veriſſima dogmata, ſcilicet, ſi ponderentur, vaniſſima eſſe, ſingula apparebunt.

At tu in *ſicco* es, & *aqua* tibi *hæret*, qua me (ne ipſe *in* parum *ſicco* eſſem) conatus es undique obruere, confluge quadam lymphaticorum argumentorum.

Effœminatum illud, & gracile *dicendi* genus, (ubi nihil *virile*, nihil arduum & excelſum, nihil non fucatum, omnia *muliebria*, compta) utcunque *auditores*, nimis *delicatos* ſuavitate loquendi illiquefactos, titillare poſſit; cum tamen *nervis* & viribus deſtituatur, ſpero *vos* æquitatis, & æquanimitatis præmunitos *Antidoto*, *Ulyſſeum Moly* arripuiſſe, neque blandientes *Syrenii Oratoris* incantationes accepiſſe; ſed *veritatis* potius *concentum*, & *harmoniam* uſque adeo exſpectaſſe, ut, *quam* prius audieritis, *abſurda*, *ſonet vitium*, *percuſſa*, diſcrepans *opinio*—

Perſ. Sed *hæc* hominem à pudore non deſertum, in ruborem dare poſſint: videntur enim pleriſque *philoſophis*, non tam mira quam abſurda, & ab omni rerum veritate prorſus aliena—

In *me*, quidvis harum rerum conveniat, quæ

in

in ſtultum vibrari ſolent, (*caudex*, *ſtipes*, *aſinus*, *plumbeus*) in *illum*, nihil poteſt: quippe *hæc* omnia exſuperat ejus impudentia.

Sed detur mihi, (*Antagoniſta* mi!) detur mihi (cum pace tua) pauliſper *animi* tui pultare *fores*; anne adeo præfractarius videbere & *perfrictæ frontis*, ut πεφαδοξώτατα hæc, mordicus tueri velis? an tu *Iove* & *Minerva* natus plus omnibus *ſapies*? an in *Te* uno omnes reſederunt Muſæ? Vin' *teipſum* quaſi alterum *Apollinem*, literatiſſimorum corona venditare? omneſve Philoſophos præ *te* inſaniiſſe? *lumina* ſcientiarum (*te*) jam orto, quaſi novo *ſidere* in cauda Caſſiopeiæ) deliquium pati putabimus?

Sed periculoſum eſt (*Auditores!*) omnino periculoſum eſt, *Apollinis* & Muſarum *vehiculum*, tot jam ſeculis ſapienter gubernatum, temerariis *Phaetontis* hujus incœptis concredere, & demandare.

——Nam dum nubes & *ideas* philoſophatur, dum *pulicis* pedes metitur, dum *culicum* vocem miratur——

——Quorum *ego* copias, (ut *Ageſilaus* olim *barbarorum*) in bello captas, *captivos* veſtibus exuendos curabo, nudoſque vobis (ut ſuis *ille* militibus) intuendos exponam; ut ſic qui veſtiti, hoſtibus formidabiles erant, exuti tanquam pumiliones, ab omnibus derideantur——

——Quos *aſinos* eſſe, ex auribus jamdudum deprehendiſtis, & hodierno die demum cognoſcitis——

——Si modo invenias tam obtuſum ingenium quod iſto grunnitu tuo & verbis in *hara* natis capiatur——

Exſpectabam ab illo ingenii tui arvo molles *violas*, & purpureum Narciſſum: ſed (ut video)

Cardua, & ſpinis ſurgit paliurus acutis.

—Involucra quædam videris compegiſſe, quæ *Oedipo* conjectore, & *natatore* Delio (ut de ſcriptis *Heraclitii* dicebant *Socrates*) indigeant, quibuſque *Gordii* nodus, Labyrinthus *Dædali*, *Sphyngis* ænigmata, numeri Platonici, *Lycophronis* tenebræ, & *Saliorum* verſus ſuis Sacerdotibus (autore *Fabio*) vix bene intellecti, comparari nequeant.

Quo Deus, & quo dura vocat fortuna, ſequamur.
Stat conſerre manum Æneæ ſtat quicquid acerbi eſt
Morte pati.———
——*Hunc, oro, ſine me furere ante furorem:*
Quæcumque eſt fortuna, mea eſt.———
Sic Turnus Æneid. 12. 667. 678. 680. 694.

Nulla *me* ad id cauſa impulliſſet alia, niſi ut ferocitatem iſtam tuam reprimerem, audaciam confringerem, & loquacitatem pauciſſimis interrogationibus irretitam, retardarem, de iſta tua cauſa ſic erit conclamatum illico.

Affectata obſcuritate, & permiſtis dedita operæ *gryphis*, & hiantem, & ſuſpenſum tenes *lectorem*, & crucem figis *Studioſis*—

Hic enim (ut in argumento non diſſimili *Octavius Cæcilio* apud *Minutium* Felicem) *non diſputantis* auctoritas *ſed diſputationis ipſius* veritas *requiritur*; atque etiam quo *imperitior* ſermo, hoc *illuſtrior* ratio eſt, quoniam non fucatur, pompa facundiæ, & gratiæ, ſed ut eſt, *recti* regula ſuſtinetur.

In publico hoc, & tam frequenti *theatro*, ecquis *præco Stentoria* voce, abiget *aſperos* hoſce & auſteros *Xenocrates*, qui *Gratiis nondum litarunt*; opuſq; habent ut illud *Platonis*, Δύστε τοῖς χάρισιν ſubinde occinamus? Adſunt enim vereor, (imo jam video) *ruberones*, qui in *Ligariis* reprehē-

dunt

dunt id ipsum, quod in *seipsis* amplectuntur; & sibi quidem (tanquam *Mævii*) condonant *vitia*, in aliis vero *virtutes* improbant; haustum lactis gallinacei promittentes, & *apium* prius miscent, quam *opium* cognoverint—— Plin. Nat. Hist.

Quis *mysta* à Musarum *sacris*, arcebit *profanum* hoc hominum *vulgus*, juxta & arrogans, qui gloriolæ *aura* turgescentes, in ipsa *nive* videre sibi visi sunt *atramentum* (ut olim *Anaxagoras*) qui *nodum in scirpo* quærunt uti *Chremes* ille *Terentianus*.

Homines *nequam*, *terræ* filii, qui, novum instruunt *Gigantomachiam* certantque jam iterato *involvere Pelio Ossam*, *veritatem* quam intelligi nolunt, *insana* sua *stribiligine* offuscantes: & *larvati*, *diem* gliris instar exosi, *noctem* & tædarum lucem, ut adulterini mercatorum panni, quam omnia maluerunt.——Res omnes adversarius obscuritate sua perplexas reddidit, ut vel Apolline lectore, vel Oedipo interprete indigere videantur.——*Agamemnonem* quidem præ se fert, cum reapse sit vel ipso *Thersite* multo deformior: cujus tam edentulæ in *nos* calumniæ circumlatrare possunt, non lædere veritatem.

An vero (*Iudicis!*) *Vos* soli ignoratis? *vos* hospites in hac causa versamini? vestræne ita peregrinantur aures, in *hoc* pervagato (*omnium* fere) sermone, ut nesciatis quas *ille* fallacias *Vobis*, *nobis*, *veritati* ipsi, impositurus sit? Plin. Nat. Hist.

Cogitate *quæso*, quas ille aranearum *telas* contexuit, ut simplicem *veritatem* obscuraret, credulosque *auditorum* animos illaquearet;

Perinde ac si subtilissima sua vafritie, opera *Myrmecidis* imitari statutum sit, cujus *quadrigam* & *aurigam*, musca texit alis; aut formicas *Callicrates*, quarū pedes & membra, cominus intuenti, pervideri non possent: aut *Apellis* tabulam,

quæ continebat lineas viſum fugientes ; aut denique catenam *Vulcani*, quæ ſub intuentium oculorum *aciem* non *cadebat*—

Quod Ovidianus Ajax. Metam. l. 13.

—*agimus, proh Iuppiter, inquit*
Ante rates cauſam, & mecum confertur Ulyſſes ?

Nam *vos* opinor *auditores*, alia in ſententia eritis, ſi modo (quod qua par eſt animi ſubmiſſione peto) exigui temporis attentionem *mihi* largiri, nec *antiquitati* tantum tribuere volueritis—

Eadem videtur *figura* omnibus, ſed quædam unicuique *lineamenta* deflexa : ſic & ſimiles *univerſi* videmur, & inter ſe *ſinguli* diſſimiles invenimur : pariter in ſententiis & opinionibus quilibet ſuis—

—Perſuaſit peſſimam cauſam vir peſſimus, orator optimus—

—Nam ut numeroſas *Xerxis* copias, pauciſſimæ *Græcorum* turmæ pepulerunt olim : ita & pauculæ eruditorum centuriæ, infinitas *tuæ* ſententiæ *myriades*, nullo negotio, & victoria expugnabunt incruenta.

—Qui quanquam *ſuperiores* non ſunt in hac cauſa, ſunt tamen *priores*—

Quia in re, ita veſtram illam humanitatem precor (*Benigniſ. Audit.*) ut ſi rationes omnes ejus longe aberraſſe veritate oſtendam, nequaquam *illi* credendum eſſe putetis; ſi vero opinionem vobis *meam* comprobaro, tantum *orationi* meæ, quantum ipſi *veritati* tribuatis—

Certum enim hoc mihi & deliberatum eſt, ſtrenuum hunc *veritatis* adverſarium vel ſtylo meo *vivum* confodere, vel non pati *mortui* reliquias, in *Honoris* æde componi, aut requieſcere.

Variorum ſcriptorum abuſus ingeniis, hinc inde compilatas lacinias *obtorto* (ut aiunt) *collo*, & averſis

aversis plerumque vestigiis, in *tuam* traxisti sententiam ut Cacus, latro ille insignis olim.

—Nunc (ne multis agam) si sapitis, veteris insolentiæ *cristas* retundite: secus non deerunt qui tanti fastus pertæsi, acutas *sibi* sagittas esse, suis vulneribus sanguinem sequi, se domi *urbinam* habere (ut vos machæram) doceant, testenturque non esse defendendam *glandem* reperto jam *tritico*.

Quæ profecto quanquam omnem superare (ut revera superant) absurditatem videantur, tamen vero veriora esse—

—Quibus non saliva, non albumen *ovi* ullum, magis, aut jejunum, aut insulsum est—

Cavendum est, ne dulce *venenum*, sub his fucatæ eloquentiæ *foliis* delitescat; arrigite *vos* igitur (*Auditores!*) mentesque *vestras* totas excutite, ut *sensus* vester omnis, suo *stipatus* satellitio, non hallucinetur. Patimini *me* igitur, patimini quæso, tantisper dum argumentorum meorum *summam* audieritis; non enim diffido, quin *expositæ re*, depositoque *præjudicio*, in meam ituri sitis sententiam—

—Iis non placet illud *Alexandri Magni*, *nolo furari victoriam*—arridet magis illud poeta--*virtus*, *an dolus* quis in *hoste* requirat? *Marte* an *Arte* nihil curant—

——Itaque faciunt quod *hi* solent qui *parvulis* austera quædam temperaturi pocula, prius ora *melle* circumlinunt, ut incauta ætas cum dulcedinem præsenserit, amaritudinem non reformidet—

Paradoxum omnibus Stoicorum paradoxis παραδοξότερον.

Magna feres tacitas solatia mortis *ad umbras*,
A tanto cecidisse viro—

Mirum est hæc ipsa *subsellia*, hos parietes, *illum*, talia

talia dicentem, ſine *rubore* potuiſſe ferre; mirum eſt (*Auditores!*) manſuetudinem *veſtram*, *illum* tamdiu, tam patienter audiiſſe, neque *exploſiſſe* potius, tam importunum *mugivendulam*.

Sed ſi ea *vos* eſtis, in fucatis audiendis fictiſq; *quiſquiliis*, patientia, quam non ſperem *ego* in vobis æquanimitatem? *veſtra* enim jam agitur *res*, *vos* eſtis ſoli, quos alma *veritas* habet, patronit: *veſtrum* eſt (*Auditores!*) veſtrum eſt, oppugnatum tam divinæ *Deæ* delubrum omnino præcavere ne ſit expugnatum.

Vivat igitur *veritas* ſub *alis* & umbra veſtri *favoris*, tanquam ſub ſeptemplici *Ajacis* clypeo. Quod ſi *vos nos* deſeratis, *perimus ego* & (quam propugno) *veritas*: cujus in amplexibus *moriens* hæſurus ſum; quippe qui longe malim, *in bona cauſa* (ut olim *Epaminondas*) *ſolus ſapere*, *quam cum multis inſanire*, neque poſſum non venerari *veritatem*, ubicunque terrarum eam videro, quanquam pinnis obſitam, ſimplici *habitu*, & quali derelictam——

Ego enim tanquam ex *chalybe* forem conflatus, ad *veritatis* (*veri* illius *magnetis*) patrocinium, ita (alliciar dicam an) trahor, rapiorque, ut non poſſim *me* continere, quo minus in *te* involem, (*Antagoniſta mi!*) qui *præſtigiis* tuis *Orator iis*, faſcinare *nos* conatus es? ſed cave tibi, *ne inſanis* opinionis tuæ *fluctibus*, velut alter *Narciſſus* ſubmergare? fallit enim *te* tuus iniquus *Genius*, ſi——

——Ut olim prius ex urbe *Capitolium* quam à *Capitolii* tutela avulſiſſes *Manlium* illum Rom. ita & *me* in hac cauſa——

——Ut adverſarii exercitus cataphractos, velut alter *Horatius* unus ſuſtineam, & abſciſſo *ponte* progreſſum negem regreſſum cogam.

In hac *Sparta* propugnanda, animus *arma* ſibi ſumpſit *auro* ſplendidiora, operoſa magis, quam ſtrenuus

strenuus unquam induit *Achilles*, stricto manus *ferro* tremit; munitum *galea* caput; corpus totum nunquam non *ære* resplendebit; tubarum *clangor* implebit cœlum, *campos pavor ipsos invades*, ingruentibus undique argumentorum nostrorum *copiis*: *me* equidem in mille discerpi partes malim, quam animum in hac provincia remittere———

Quam *ego* cum sit levicula & *Palæstrica* adeo alacriter aggressus sum munire, ut si *fata volent*, optarem in *cymba* potius duorũ *scalmorum*, quam in *Argonautarum* navi, jacturam facere———

Non minus est periculi *semper* tacere, quam nunquam periclitari viriculas suas. In re tam honesta, honorifica, vera, sincera, quis est qui triplici pectus ære non obvallaret? quis adeo pusillanimis, ut à tam insulsi hostis insultu, *vi & armis* nudam, inermemque *Veritatem* non eriperet? me saltem impulit tanquam pro *aris & focis*——

Fuisse olim, aiunt, atque etiamnum supereſse vereor, qui ostentandi *ingenii* gratia musculum aliquoties facere videri volunt, in Elephantis molem exsurgere———

——— *Aristomachus Solensis*, sexaginta annos in *pulicum* saltibus, & *muscarum* natura indaganda consumpsit; *Maro* pulicem copiose descriplit, multique se *vitium* ipsum, non *vitiose* commendaturos autumant: unde è nostratibus *quidam* nunc luem Neopolitanam super ipsam *Ulciam*, nunc intrusorem *tyrannum*, plusquam Regem legitimum; hominemque *ære* alieno obstrictum, magis quam *liberum*, & frugi, honore prosequutus est.

Imo inventus etiam qui *Diabolum* ipsum publice laudaret *Wittebergæ*: fuit is *Joannes Brunus* natione *Frisius*. *Voss. institut. Orator.* pag. 331.

Quinetiam *Isocrates* in laudem *Helenæ*, quam tunc temporis *omnes* errarum universes, pro ludibrio & opprobrio habuit, orationem composuit laudatoriã. Alius de ipso *Nihilo*, omnia *bona* dicere.

re. Magnus ille *Heinſius* laudat pediculum ad conſcriptos mendicorum *patres*. *Phavorinus* turpem *Therſiten*, & malignam febrim; *Polycrates* tyrannum *Buſiridem*; *Lucianus* artem paraſiticam; *Syneſius* calvitiem; *Eraſmus* ſtultitiam; *Carneades* injuſtitiam pleno ore prædicavit.

In Orat. p. 250 Muſcam & artem paraſiticam, Lucianus.

Carneades Romæ, audiente cenſorio Catone, non minoribus viribus contra juſtitiam dicitur deſeruiſſe, quam pridie pro juſtitia dixerat. *Fab. lib.* 12. *cap.* 11.

Catullus paſſerem, Statius pſittacũ, Pomponius ovum.

Alcidamas ille Eleates laudationem mortis inſtituit.

Denique *Agrippa* in vanitatem *ſcientiarum* acute invectus eſt, ut ſuam ipſius inde prodat *ſcientiam*, oſtentet eloquentiam, quam totus ea de re miretur mundus——

Cum *Seneca* Claudii luſerit ἀποθέωσιν, *Plutarchus* Grylli cum Ulyſſe dialogum, *Lucianus* & Apuleius aſinum, & nefcio quis *Grunnii* Corocottæ *porcelli* teſtamentum, (cujus & divus meminit *Hieronymus*) Homerus βατραχομυομαχίαν Maro culicem & moretum, Nucem Ovidius; Cur non & Vos pariter judicetis merito, etiam multa hic ab adverſario dici meo, non ex animo quidem ſuo, aut re vera; ſed ut ingenii eloquentiæque ſuæ præberet vobis experimentum.

Vto.

Formulæ Provocandi, Vendicandi adverſarium.

AGedum *Thraſo*, tuas jam experiamur viricu-las, invictiſſime pugil——

Prodeas jam in *ſolem* & aciem; clanculariæ tuæ ſugillationes, gloriationes, umbræ tan-

tanquam & larvæ, territuræ sunt *puerοs*——

Quod olim *Turno Æneas*, Æn. 12. idem & *ego* tibi, si audis, si audeas——

Quæ nunc deinde mora est? aut quid jam Turne *retrectas?*
Non cursu, sævis certandum est cominus armis;
Verte omnes tete in facies, & contrahe quicquid
Sive animis, sive arte vales, opta ardua pennis
Astra sequi, clausumque cava te condere terra.——

Idem nunc & ego.

——*Nam licet arma feras, & vulnera sæva*
mineris,
Non tamen efficies ut timeare mihi ——
——*si testiculi vena ulla paterni*
In te forte manet, venias, *spectemur agendo.*

——Quam Ego tuam sententiam ausim non pernegare modo, verum etiam contrariam *tibi* meam hanc, exquisitis rationibus defendere.

——σωνὴ σὺ τίς εἶσι, κὴ ὃς ἐν ἄλλο: quod *Lacon* ille de *luscinia* deplumata.

Vid. *Disputandi, criminandi, conviciandi Formulas.*

V Ito.

Opponendi.

SEd *noli cantare triumphum*, priusquam viceris; *Victorem à victo superari sæpe videmus*——

Non est tibi res cum larvis, & umbris; senties qui vir siem——

Ille tulit præcium jam nunc certaminis hujus,
Quod cum victus erit mecum *certasse feretur.*

——Velut *Bellona* quædam aut *Furia* in *me* tuis insolentius——

Vid. *Defendendi, Dubitandi Formulas.*

Formulæ

VII.

Formulæ Insinuandi.

QUod olim *Varias Geminus*, (referente *Seneca*) dixit apud *Cæsarem*, *Cæsar*, *qui apud te audent dicere*, *magnitudinem tuam ignorant*; *qui non audent*, *humanitatem*: idem *mihi* aures jam *vestras* affaturo, dicendum venit, sperandum restat.

Cum enim benevolam adversario (ut vidi) meo, præbuistis aurem, quid ni etiam & *ego* parem *exspectem*, imo promittam mini à *vobis* benignitatem? Non enim *Cramben* bis coctam, sed *Ambrosiam* quasi, & nectar *eloquentiæ* (*dapes* revera *Saliari*) vestris auriū *stomachis* digerendū appono.

Ad pedes igitur *humanitatis vestræ*, nostra nunc *prona* devolvitur oratio, submissime *vot*, omnibus orans *votis*, intimis præcordiis obtestans, ut quem *adversario* meo præbuistis vultum, eodem *mihi* etiam *affulgeatis*, nostramque pariter, suspensam paulisper *imbibatis* aure orationem——

Alexandrum illum Macedonem, cum nunciatum esset, *Darium* in prælium *triginta* militum adducere *Myriades*; respondisse ferunt, *Unum lanium multos ovium greges non metuere*. Pari *ego* ratione; utcunque *imbelles*, adversarius (nescio quot) insarserit *probatianculas*, ceu tot *cervinas copias*, *ego* (inquam) illud anile agmen facile difflabo, & in *fugam* convertam.

Te itaque (*adversarie* mi!) non aliam *auguror* reportaturum victoriam, quam olim *Antiochus*; *cujus milites* (ut dixit *Hannibal*) *auro fulgebant satis*, *ad pompam*, *armis ad pugnam nihil valebant*: etsi enim *plumbeam* habeas *gladium* (laborantem scilicet causam) *eburnea* tamen sic eum includis *vagina*, & confusa rationum farragine, languentem conaris medicari, ut——

Hoc

Hoc caput, O cives, hæc belli summa nefandi.
Æn. 12.

Sed parce quæso pauliſper in *me* plaudere; neque enim prius exſultare *te* dignum eſt concinnitate orationis, quam utrinque plenius fuerit peroratum; maxime cum non *laude*, ſed *veritate* diſceptatio noſtra nitatur. *Min. Fel.*

Quod in *formis* hominum, idem in *rerum* judicio, uſu venire ſolet; *quædam* ſi procul & oſcitanter aſpiciamus, nihil erit venuſtius; nam ipſam quoque *Helenam* ſuperare videantur, (*ſuco vix*, oculis imponente;) ſin proprius & fixius contemplemur, jam quod paulo ante mire *blandiebatur* oculis, majorem in modum *diſplicere* ſolet.

Ixion putavit ſe *Iunonem* fuiſſe amplexum, cum *nubem* illius loco comprehenderat. Sed *vos* (qua polletis, acuminoſa prudentia) *dicenda calletis*; *Noſtis, res grandes gemina ſuſpendere lance Ancipitis libræ, & rectum ubi inter curva ſubit diſcernere* Perſ. Sat. 4.

Verborum oceanus, vix *gutta* rerum, in totam *adverſarii* mei *inundavit* declamationem; cujus lenociniis aures utcunque veſtras titillavit; at animum (ſpero) non flexit *veſtrum* quo minus uti *illi* hactenus veniam dediſtis, ita eandem porro *mihi* indulgeatis.

Quamvis enim oratio *mea* non ſit adeo *exaſciata*, ut cum *torno* & *cothurno* comparari poſſit; debita tamen (qua poteſt) obſervantia, *veſtræ* attentionis, & patientiæ *aures* ſubmiſſe oſculatur——

Sepiam ferunt, (marinum *piſcem*) quum piſcatorum retibus adeo implicatur, ut quoquo ſe expediret plane neſciverit; incredibilem *atri* (quem habet) *ſanguinis evomere vim*, ut turbata aqua, ruptaque ſagena tutius effugiat: Pariter *adverſarius* meus, quem in ſuis tendiculis male- Tertul.

ſanus

ſanus *error* irretivit (aut *veritas* potius intra ſeptum compegit ſuum) quo ſecurius elabi poſſit, omnem adeo *obnubilavit* veritatis *faciem*, *larvatis* eloquentiæ ſuæ (ſi quam habet) *periſtromatibus*, & *atro* argumentorum ſuorum *cruore*, *quem* per *aqueam* ſuam orationem effudit, ut

——*multum mutetur ab illa,*
In ſpecie, qua prima fuit ——

Sed radicitus evelletur ex Muſarum agris, infelix iſte erroris filix, nebulas fallaciarum omnes, *meridiano* veritatis *ſole* diſſipabo, variiſque *autorum* (quas intexuit & conſarcinavit) *ego illum* exuam laciniis——

Certiſſimum felicis ingenii indicium in *Protagora* Abderita agnovit *Democritus*, quando pauperem valde puerum, quæſtus gratia venditantem ligna, faſcem viderat eleganter componentem, atque eundem poſtmodo faſcem ſolutum in minutula, in priſtinum rurſus ordinem & formam reſtituiſſe: O ſi nunc & *mihi* ——

——Conjungam nova veteribus, & rurſum vetera novis, quo ſic vetuſtis darem novitatem, novis autoritatem, obſoletis nitorem, obſcuris lucem, faſtiditis gratiam, dubiiſque, quoad fieri potuerit, fidem.

Iovis illius *Cretenſis* ſimulacrum, *auribus* deſtitutum *fuiſſe* narrant; dignum mehercule ludibrio portentum eſt, *ſurdo fundere vota Deo. Vos* autem (quos ſcio *auritiſſimos*) obteſtor, æquas præbere *nobis* aures, in neutram quæ propendant partem; & ut Plato olim *Iudicem* voluit eſſe τὰ ὦτα διαστὸν ὑλλωβόν, hoc idem ego *vos* oro, per ingenitam *vobis* ingenuitatem, ut veſtras pultari pariter & obtundi aures, aliquantiſper patere-mini, dum *me* æque ac *adverſarium*, dicentem audiveritis, ne, ut olim *Medea*, eloqui cogar.

Qui

Qui statuit aliquid parte inaudita altera, Æquum *licet statuerit, haud* æquus *fuit.*— Senec. Med.

Rogatus aliquando *Tullius*, ille Romani sermonis princeps ac autor, *quam* maxime *Demosthenis* orationem approbasset, *longissimam* dixisse dicitur. *Plutarch.* in vit *Cicer.* Aurum enim quis recusat si multum, si ponderosum? ——— Non *hoc* præfatus sum———quasi vestras *ego* aures fatigare velim (*Laconice* enim omnia dicturus sum) sed ut———

Trita est materia, fateor, sed tritæ materiæ promitto orationem *Laconicam*, ut per humanitatem vestram *Auditores Optimi*, mihi sitis rogandi vehementer, ne potius contemnatis illam, quia *trita* est, quam attendatis hanc, quia *Laconica* est.

Cum nihil sit tam præclare *dictum*, quin aliis quoque suus relictus sit *dicendi* locus, nec *Theophrastum* fuisse veritum tractare *locos* ab *Aristotele* tractatos: nec *Quintilianum* post *M. T. Ciceronem*, *Oratorem* instituisse ——— quid ni & ———

Socrates quocunque se converteret, hostem *illi* aliquem, invisa generi humano *virtus*, ac sapientia pepererat: foris *Hippiam* ac *Gorgiam*, *Prodicum* ac *Polum*, *Thrasymachum* ac *Protagoram*, miserrima arrogantiæ mancipia, in theatro *Aristophanem*, domi *Xantippen* habebat suam———

———Præclare olim *Artaxerexes* rex militi hostem convitiis proscindenti; *non ut maledicas te alo*, sed ut pugnes———

Id accidere pernotum est, *auditorum* facilitate, qui dum verborum lenocinio à rerum intentionibus avocantur, sine delectu assentiuntur dictis omnibus, nec à *rectis* falsa secernunt: nescientes inesse & incredibili *verum*, & verisimili *mendacium*. Min. Felix.

Plato de gladiatoribus sui temporis scriptum reliquit,

reliquit, peritiſſimos *laniſtas* in *ludo*, ineptiſſimos eſſe *milites* in *bello*, quos tamen vulgus hominum, ut ipſum *Martem tunica tectum adamantina*, admiratur: nec eſt quod quis id miretur: quali vero ſit ſperandum tam proſpere apud *omnes* actum iri, ut optima placeant *omnibus*. Horat.

Barbari ſpinoſas *ſophiſtarum* nugas ſuſpiciunt, *Ciceronem* in diſſerendo, *pueruli* loco habent. Rex *Midas* fiſtulam *Panis*, *Apollinis* cithara dulciorem prædicare; *Polyphemus* cum *ariete* libentius quam cum *Ulyſſe* verba facere ſolet.

Stolones & ſtipites iſtos ſinite quæſo *umbram* pro *corpore*, hordei *granum*, præ *gemmis* expetere, nolite autem *vos* (qua eſtis ſumma *prudentia*) temere committere, ut *picas* cum *Muſis*, *araneam* cum *Minerva*, *Marſyam* cum *Phœbo* conferatis—

Nam incaute *credituli* circumveniuntur ab *his* quos *bonos* putaverunt: mox errore conſimili, jam ſuſpectis *omnibus*, ut improbos metuunt, etiam quos *optimos* ſentire potuerunt. *Min. Fel. Octavo.*

Alexander (ut aiunt) ille *magnus*, cum in cauſis (præſertim *capitalibus*) cognoſcendis *Iudex* ſederet, ſiniſtra manu, aurem dextram occludebat; hoc geſtu ſignificans, ſe *alteram* quidem *aurem* præbere *actori*, *alteram* vero integram aſſervare *reo*, nec eo uſque velle ſententiam ferre (qua neceſſe erat alterum eorum damnatum iri) dum ſuam ſinguli cauſam egiſſent. Spero igitur, & *vos* humaniſſimi *auditores*, *Iudices* graviſſimi, (quibus *Alexandrum* ipſum, quantumvis *Magnum*, *majorem* haud unquam puto oſtendiſſe in oratores æquitatem) *alteram etiam mihi aurem* *aſſervaturos*.

Vid. De-precandi, defendendi, purgandi, &c.

VIII.

Formulæ Moderandi.

C*Atonem* illum *Vticensem*, cuidam, ab eo interroganti, *quemnam maxime amaret*, ferunt, respondisse, *Fratrem*, nec acquirenti porro quem *Fratrem* intelligerit, quicquam aliud respondisse quam *Fratrem*, *Fratrem*. In eundem modum si quis *me* rogaret, quid imprimis putem esse defendendum; responderem, amicam *Veritatem*, solam *Veritatem*; cui *primas*, *secundas*, & *tertias* deferre non vererer.

Me certe neutiquam vidisse tis *judicantem* hodie, nisi *amor veritatis* animum mihi ad dicendum *accendisset*; *alma* (inquan) *Veritas*, quæ (ut ait *Hesiodus*) εἰς τέλος ἐξέλθοισ' ἀεὶ ἀνθρώποις ὄφελος ἔπεστι. Opiniones enim veræ, *solem* (instar Aquilæ) intueri possunt, cum *mala causa* (quasi *noctuæ*) lucem fugiant.

Amori igitur aut studio partium me non addicere, sed uni *veritati* litare, mecum habens constitutum, *exuam personam amici induam Iudicis* & (cestibus utrinq; productis) *Vos* mihi in ferenda sententia *assidebitis*, vestrumque mihi astipulabimini suffragium, dum utramque exacte perpenderimus opinionem——

Quod olim *Pallas* apud *Homerum* (cumpropter abreptam *Chryseida* litigaret cũ *Achille Agamẽnon*)

Ἦλθον ἐγὼ παύσουσα τὸν μῆνιν ἐκπάγλοιο
Οὐρανόθεν——

——id ipsum *Ego* impræsentiarum, *veni* ego *vestram pugnam sedaturus*, si mihi morem geratis; & *veritatem* hujus argumẽti, ceu formosam *Chryseida*, aris his *Divo* suo sistam incolumem——

Mihi enim impræsentiarum ita informandus est animus, ut *libram* æquissimi *judicis* teneam, nec in alteram partẽ propensus incumbam: ne non tam

ex

ex *vestris* disputationibus nata sententia, quam ex *meis* sentibus prolata videatur—

Vereor ne talem huis habituri *judicem*, qualem olim habebant *coccyx* & *luscinia* inter se, de canendi gloria decertantes, viz. *asinum* certaminis istiusce arbitrum—

Ecce vobis hic *cognataque acies infestisque obvia signis signa, pares* aquilas, *& pila minantia pilis.* Quis furor ô *pueri*? qua tanta licentia litis?— Nec quenquam jam ferre potest Cæsarve priorem, Pompeiusve parem. *Lucan.*

—Ut autem mediam ingrediar viam, & vere *Moderer* controversiam præsentem, observandum esse reor cautius, ut in hac difficultate—Dextrum *Scylla* latus, lævum irrequieta *Charybdis* Obsideat—

Ecl. 3. *Non nostrum inter vos tantas componere lites*, neque *Palæmonis*, (quas suscepi) perite satis defungi possum vicibus; sed cum *lances Minervæ* jam teneam, *animitus* opto, ut *Mutius Scævola*, (Romanæ civitatis oraculum) hic adesset, ut mei mihi officii describat cancellos; ne *Cambyses* aliquis *redivivus, me excoriet* inique judicantem.

Cum autem contentio sit inter *actionem*, & *contemplationem*, utri *palma* (ut est in fabulis) *daretur* ex merito, ceu *pulcriori*; Vos (*auditores!*) in utraque optime versati, optimi eritis utriusque judices; *vestro* igitur vel *stet*, vel *cadat arbitrio*—

Inter utramque volat dubiis victoria pennis.

Isocratem à quodam interrogatum, cur *Magistratus* defungi *munus* recusaret, respondisse ferunt, se hoc pacto complurimos, quos nunc habuit amicos amissurum, & in odium multorum necessario incursurum; *nam si* (inquit) *in tribunali collocatus causas omnes pensiori* (ut par est) *examine ventilavero*, (ut justissime judicem;) *hominum ego inimicitiam non declinabo*; *si contra sententiam*

tentiam injuſte protulero, certum eſt me, θεῦ ἔκ βίκον *ὄυμα non effugiturum.* Quas egregiatur in angustias, *homo miſellus,* jam compingar cui tam dura demandata eſt *provincia?*

Verum enimvero horum uterque mihi ſit *amicus,* in utraque tamen dirimenda opinione mihi erit liberum, (ut in *corporibus* animantium quibus veſcimur) rejectis & rejectis quæ ſunt inutilia, ſalutaribus ad cibum ut ſitidem in opinionibus ſermonibuſque *doctorum,* quibus animus nutritur; proinde in præſenti controverſia *mel* colligam, *venenum* relinquam, *roſas* decerpens, *ſpinas* declinabo———

Qui intimas rerum naturas rimantur *Philoſophi, herbam* narrant *Heliotropium,* quæ, quamcunque cæli plagam percurrat ſolem, eandem ſemper reſpicere ſolet, ut cum *occidente* ſole *occidere* etiam illa videatur; *Solem iſtum,* eſſe cogitate, egregiam *hanc ſententiam,* in *hoc* declamandi *orbe* agitatam, atque huc illuc à *dubiis adverſariis,* quaſi tot contrariis *phærarum* motibus circumrotatam: *Ego* (Heliotropii more) *veritatis* ſolius *ſequaciſſimus* (in qua ne *latum* quidem, quod aiunt, *unguem* diſſilire libenter velim) in quacunque *opinione* movebitur *veritas, ego* in illam propendebo.

Quod olim *M. Tullius, Faveo Curioni, Cæſari honeſtiſſime cupio, pro Pompeio emori poſſum, ſed tamen Reſpublica nihil mihi charius eſt*: ita (inquam) & *ego: faveo tibi* (eruditiſſime juvenis) quin & *tibi* bene volo (ſuaviſſime *commilito*) ſed tamen in gratiam *veritatis,* omnia eſſe facienda judico; quam *divino* quopiam *proſequio* afficiendam cenſeo———

Maleſanum *Paridis* (Priami Trojanorum *regis* filii) judicium, ſuis inter omnes, ubique *gentium* amigeratum eſt. Quem (cum orta eſſet contentio inter *tres Deas,* Junonem, *Palladem,* & Venerem,

t

nerem, cuinam, *aureum* illud *pomum*, quod *Eris* (diva illa *litifica*) immiserat, ex merito daretur, ut *digniori*; Junonis potentia, & imperio, *Palladis* sapientia & consilio (quæ *illi* sponderant) spretis neglectisque *Veneri*, *Veneri* (inquam) *lasciva* voluptatum & *amoris patronæ*, aureum illud *pomum* detulisse ferunt.

Non multum & *hic* absimilem dissensionem videtis, inter *duos* hosce *Antagonistas*, quorum uterque *veritatem* sibi vendicat, ceu peculiarem. *Alter* autem eorum licet ampulloso (ut audivistis) orationis gyro, calamistrato rationis cincinno, *nobis* videatur persuasisse, *victoriam* sibi merito deberi; in medio tamen (per *me* licet) ponatur *victoria*, tanquam nobilis illa *Atalanta*, aut *Hippodamia* quæ à *nobis* omnibus (ceu tot generosissimis *procis*) certatim expetatur,——

Ne pueri, ne tanta animis assuescite bella; quare factiose rem geritis? quare in partes feceditis? quare *veritatem* ipsam, quæ non nisi *una* esse, & simplex potest, pessime divulsum ac dilaceratum itis? *Cygnum* Thebanum audite, hoc oraculum consulite——

——Utrinque constitere ferratæ acies, & rauco crepuerunt cornua cantu.

——Nec *Achillem* commendare potuit *Homerus*, nisi *Hectorem* extolleret, neque *Æneam* Maro, nisi *Turnum* commendaret; & *Lucanus*, quia *Cæsarem* depressit plus *Pompeio*, si quid judico, detraxit——

——Atque utinam profecto——

Nunc autem Bella geri placuit nullos habitura triumphos. *Discordiæ* enim litastis, quæ non componendam urget discordiam——

——Tu, qui adversarii tui sententiam *eleganter* potius quam *nervose* exagitasti.

——at mæseule se vindicavit——

——*Nunc*

——*Nunc, nunc Fluctuat ira intus: rumpuntur nescia vinci Pectora: nunc totis in vulnera viribus itur.* Quod olim *Poëta* de Æneæ & Turno. Æn. 12.——

—— —Hujus *me* controversiæ diribitorem, ut liticulas hasce *Tenedia* tanquã *bipenni* defalcarem.

Quippe cum *me* huc veritatis traheret auctoritas, huc *amici* retraheret consuetudo, cumque inter utraque nutabundus & fluctuans, quid potius *mihi* seligendum foret non expendo——

——Te autem in hac *causa*, qui se sperat superiorem——Quid si *idem* certet *Phœbum* superare canendo?

Qui se mutuo infeste adeo petunt, & acriter adeo digladiantur, ut quæ in medio est *Minerva*, (quo, latere tecto abscedere *illi* liceat) non abre, *casside*, *clypeo*, & *hasta* à *Iove* patre, donata esse videatur.

Audivistis inter Antagonistas hosce acerrimum quidem, at vero tantum *linguale* prælium, *verbale* certamen; *qui* tanquam pro *Argiva* illa decertassent *Helena*, suas utrinque *copias* conscripserunt, inque *aciem* disposuerunt, fulminibus argumentorum, ultro citroque (ceu tot ferrata essent tela) jactatis.

Et jam judicio stantve cadunve meo. *Ego* autem omnimode *imparatus*, quippe & *imperitus* sum, ortam dirimere controversiam.

O si liceret meam, hanc tam difficilem *Spartam*, *Æaco* alicui, aut *Minoi* delegare; nam utcunque ad hanc *liticulam*, inter illos componendam, in hæc *nostra* jam conscenderim, *lupum* tamen (ut est in proverbio) *auribus* tenere mihi videor, ne *judicium* in hac re meum (quod sentio quam sit *exiguum*, quam prorsus *nullum*) *præjudicium* à nonnullis habeatur: quorum *ego* censuram, cum mihi in primis sit votis, ut evitem.

Vos (Auditores!) *veſtram* aſtipulemini opem, *veſtram* mutuate operam, & in utraque lancis parte, utramque ſeorſim ponite opinionem; *ego* ſimbellam tenens, *ſtateram* elevabo, & (quod de *Iuſtitia* fingitur) *oculos* inimici præjudicii, veritatis *mantili* involvam, ut neutrius videar affectaſſe partes.

——Quam ego jam velim, ut olim in cauſa
Turni *ac* Æneæ——
Iupiter ipſe duas æquato examine lances
Suſtinet, & fatâ imponit diverſa duorum,
Quem damnet labor, &c. Vid. *Æneid.* 12. non longe à fine——

——*Eruditis* hoc judicium deferimus, quos tam multa nobis conſtat ſcire, quam *nos* ignorare ſemper profitemur——*Heinſ. Ariſtarch.*

——*vaſtis nunc viribus effert Ora* Dares——
Quale ſopor feſſis in gramine, quale per æſtum
Dulcis aquæ ſaliente ſitim reſtinguere rivo,
Tale tuum carmen nobis divine Poeta.

Ut qui *rectam* viam neſcit, ubi, ut fit, in plures *una* diffinditur, hæret anxius, nec ſingulas audet eligere, nec univerſas probare: ſic cui non eſt *veri* ſtabile judicium, prout infida *ſuſpicio* ſpargitur, ita ejus dubia opinio diſſipatur. *Min. Fel.*

——Hiſce autem inflammatis partium ſtudiis *ſequeſtrum* ſi quis ſe candide interponat, impetus fit undequaque in *eum* tanquam in communem hoſtem *utrique* & publicum——

——Fors & *virtus* miſcentur in unum---*Æn.* 12.

Leviculas haſce (quæ interceſſerunt) velitationes ut componerem——ἔχθος enim non eſt ut ſpero ἄπονον——quamvis.

——*it toto turbida cœlo*——
Tempeſtas telorum, ac ferreus ingruit imber,
ut Poëta, *Æn.* 12.

——Ego

—Ego his ſuccedo Τριδῶ, quod aiunt, Συμγόῳ, cujus autoritate hodierna dirimenda eſt diſceptatiuncula—

Proximus *huic*, longo ſed proximus intervallo, *Inſequitur Salius*—Æn. 5.

Fortunate puer tu *nunc eris* alter *ab illo.*

Doleo *ego* meum, tam durum hodierni diei fatum, quod *judicis*, inter antagoniſtas (quos modo audiviſtis) ſim obiturus vices: accerſendus potius eſſet *Rhadamanthus* ab *Inferis*, qui veritatem poſſit tam *involutam expiſcari*, autoritate ſua omnem hanc litem dirimere, iracundoſque eorum, & *effrænatos* motus ſedatos dare.

Quandoquidem vero, *vobis* eſt complacitum, hanc *mihi* deſignare *Spartam*; eam *ego* pro virili mea ornare ſtudebo, & quoad potero inter utramque opinionem *pendulus*, conteſtatam hanc, inter *illos* litem, (neutri etiamnum adjudicatam) accurate examinabo.

Quæ cuique placuerit *opinio*, hanc (per *me* licet) amplectatur, ſuoque (in hac re) fruatur quiſque judicio, quanquam omnino nollem ut *Vos*, pro *aureis aenea*, pro *tritico paleas* aut ſtipulas, (ut olim *Glaucus* apud Homerum) admittatis—

Ut examine ſcrupuloſo veram ſententiam, non eloquentiæ *tumore*, ſed rerum ipſarum ſoliditate libremus—

—*Nec enim levia aut ludicra petuntur*
Præmia. ſed Turni *de vita & ſanguine certant.*
Æn. 12.

Nos proinde ſolliciti, quod utrinque in hoc negotio differatur, & cum ex altera parte plerũq; obſcura ſit *veritas*, ex altera lateat mira *ſubtilitas* (quæ nonnunquam ubertate dicendi, *fidem* confeſſæ probationis imitetur) diligenter quantũ poteſt, ſingula ponderemus; ut *argutias* quidem

laudare, ea vero quæ *recta* sunt, eligere, probare, & suscipere possimus. *Min. Fel. Octav.*

Themistoclem ferunt, (cum duo ex *amicis* suis, ad *illum* suam detulissent *litem* determinandam, ut simultate depolita in pristinam redirent gratiã) ilkam *tam ingratam* provinciam abnuisse, hac reddita facti ratione: *quoniam* (inquit) *ex duobus jam amicis, alterum statim facturus sum inimicum*; Eadem uti possem & ego apologia.

Sed quid tum postea? respuamne ergo, hujus esse litis diribitor? nequaquam certe: *Omnes potius amittendi sunt amici, una ut veritas quam amittatur*——

Illo igitur *Aristotelis* umbone me protegam, ἄμεινον ὄνησιν φίλοιν, ὅπου περιτιμᾶν ἢ ἀλήθειαν.

Quod etiam Phosphorus ille Philosophorum in simili argumento, εἰλῶ ὁ Πλάτων, εἰλῶ Σωκράτης, ἀλλὰ φιλτάτη ἡ ἀλήθεια idem & ego; *Amicus tu*, cujus concinnam satis orationem accepimus; *tuque*, cujus melleum plane, imbibimus *Suadæ* succum; at enim *vincet* utrunque *veritas*, intemerata *veritas*, cui jam ego his in *aris* litatum venio.

——Res est arbitrio non dirimenda meo.

Minerva, è celsis *Olympi* descendens cacuminibus, inter dilectos *Dolii* filios (cum *Ithacensibus* belligerantes) acerrimam statim pugnam sedatura, venit *dijudicatrix*: quorum causa dissidiorum explicata, anxiis aliquandiu *æstuabat* cogitationibus, quomodo se gereret in tam difficili negotio, eos proinde (diu multumq; omnibus animo agitatis) tandem hunc in modum affata est: *Divisa capita, intricata utcunque sit inter vos dissensio: Ego tamen in neutrius propendens partes, æqua Justitiæ trutina, rem utramque collibrabo.*

Simillime horum ego alterationis *Antagonistarum*, arbiter qui sum, *in diversum, quasi duplici sim-*

per

per in hamo, quam ingreſſus viam, utriuſque deſiderio ſatisfaciam, & *clamoſum* dirimam inter eos *litigium*.

Stat mihi animus *nudam* inſpicere *rei* naturam, *veritatem* ejus recti judicii *ἀνατομία* medullitus *exoſſare*, ut ulteriorum demum rixarum *procella* conſileſcat——

Miſſum igitur faciatis (*quæſo*) quicquid eſt in hoc genere *aculeatum*; ponite ſimultates, nec *Cadmæos* vos præbete *fratres*, ut inteſtino uterque pereatis bello.

Nulla hîc adeſto *Eris*, quæ vel minimam *aurei mali* immittat bracteolam, unde nova inter *vos* (quorum *ſub me, jam judice, lis eſt*) recrudeſcat contentio.

Fulminat Æneas *armis*, *ſummaſque minatur*
Dejecturum arces Italum, *excidioque daturum*,
Iamque faces ad tecta volant——Æn. 12.

——*Lenta ſalix quantum pallenti cedit olivæ*,
Puniceis humilis quantum ſalinca roſetis,
Iudicio noſtro tantum tibi cedit Amyntas.

IX^o.

Formulæ tum adhibendæ, quum Moderator *ab una in* aliam opinionem *tranſiturus eſt*, Collationem *facturus utriuſque inter ſe.*

SEd quod *Lotharius Cæſar*, dicterii loco habuiſſe dicitur, *Audi alteram partem*; id *ego* jam *vobis*, (noſtis enim veterem legem *Atticam*) ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι.

Audiviſtis hactenus quid dici poſſet de——jam autem *firmiora* longe comperietis *argumenta*, quæ——

—*Quis justius induit arma,*
Scire nefas magno se judice quisque tuetur.
Victrix causa diis placuit, sed *victa* Catoni.
Lucan. lib. 1.

—Sed his omissis, quid *altera* sententia doceat, perpendamus———

At vero, ut *silicum*, & *chalybis* collisione inter se, *ignis* elicitur; ita ex harum inter se rerum *collatione* exsilient magis *veritatis* scintillæ, quæ *lucem* intellectui, *calorem* voluntati, affectibusque *ardorem* subaccendant———

Quod igitur *Cicero* pro Muræna, contra *Catonem* verba faciens, *At enim* (inquit) *te* ad accusandum *Respublica adduxit, credo equidem, Cato, te isto animo atque ea opinione venisse,* sed *tu* imprudentia *laberis*: Sic *ego* tibi, *te* enim credo *veritatis* amore *istam* quidem tuam provinciam suscepisse, sed falleris, neque enim———

———Sed cum mearum jam sit partium, utramque partem attingere, & ut ille, ἐναμφοτερίζειν, opus est ut———

Verum enimvero si hac solum via insisterem, aliamque *insalutatam* præterirem, viderer sane *injusto* illi non dissimilis *Iuliano*, qui de *agro* controverso, inter *Spartanos* & *Argivos judex*, de *amicorum* solummodo *jure* disputavit, *justa* autem *aliorum argumenta* illius aures non incurvarunt; ac proinde amicis suis assignavit agros, *aliis* etsi *debitissimos*; erubescerem autem *ego* intemeratam adeo violare *justitiam*: nos igitur (*Auditores!*) *non imminuimus*———

Et ita fortassis cum *Oratore* hoc nostro, sensistis hactenus; quod si oculos *vestros* in aliam paulisper lancis partem conjeceritis, certo scio, comperturos *vos*, argumenta *numero* plura, *pondere* graviora; non enim hic videbitis———non hic comperietis———non, sed———sed———

Prima

Prima hominis facies,& pulcro pectore virgo
—poſtremo eſt immani corpore *piſtris*? Æn. 3.

Quod ſi *acutiori* mentis *oculo*, (omni remoto periſtromate) *rem* ipſam propius *intueri* velitis, aliter forſan ſentietis, nam —— *Nec numero inferior, pugnæ nec honore recedet Aliter* —— ut ille apud Poëtam. *Æneid.* 12.

Veſtras huc uſque exercuiſtis aures, in altera duntaxat *ventilanda* opinione; æquamque hactenus videtis *ſimbellæ* ſtateram, *illam veriſimili* fultam ratione; manſuetis quæſo ut, quæ ſecutura eſt, hauriatis auribus, orationem ——.

Quod *prima* quantumvis *fronte* veriſſimum videatur; *alteram* tamen ſi *intus*, & *in cute*, diſcutiatis opinionem, longe veriorem comperietis——

Sed *alteram* jam audite *partem*, nam (ut in cauſis forenſibus, quæ coram judice ſiſtuntur) *Actor* videtur *ſuperior*, dum *pro ſe* loquatur *Reus*; ſic *vos* forſan *Opponenti*, jam adhuc ſuffragamini, cæterum non dubito quin aliter omnia ſentietis, ſimul ac à *meliori genio*, ſuggeſtam audieritis opinionem——

Sed ſatis jam diu, idque cum ſummo veſtro (ut vereor) aurium faſtidio, *hoc ſaxum volvimus*; aliam jam *delibemus* paucis opinionem; in quam, etſi *veris intonuit* noviſſimus orator, ardenti tamen ſolidæ *confutationis fulmine*, adhuc non *concuſsit*, imo vix dum tetigit.

Tam tenui tamen pendet filo hujus veritatis ſtatera, & tam perplexe ſubinde loquuntur *Veteres*, ut *Eridis* potius pomum, quam *pacis* olivam, videantur poſteris eandem litem moventibus, reliquiſſe ——

X^o.

Formulæ *Proponendi*, ſeu *Narrandi*

A *Plutarcho* ſcriptum accepimus, *ſermoni* congruere quod *Nummis*, qui eo præſtantiores creduntur, quo materia pauciore, pretii amplius amplectantur; ſic ——

—— Sed quoniam non perinde multis notum eſt quo genere —— quove —— oriunda ſiet, id jam *Muſis* bene juvantibus, exponere conabor ——

—— Agedum nunc rem omnem ſigillatim aperiamus ——

Docebo autem non *crocodolitis* aut *ſoritis* ceratinis, aut aliis id genus *dialecticorum* argutiis, ſed pingui (quod aiunt *Minerva*) rem digito propemodum oſtendam ——

Pictorum imitabor hic artificium, qui cum in exigua *tabella*, ingens hominum congeries exprimenda eſt, nonnullorum modo ſumma *capita* oſtendere, totum vero *corpus* abſcondere ſolent: ita ipſe quoque non ſingula quæ poterant reperiri *movebo*, non quæ inculcari, *urgebo*; pauciſſima, ut gratiam veſtram reportem, *ſeligam*; copioſiſſima, ut reprehenſionem declinam, *negligam* ——

—— In tanta autem difficultatum ſylva cædua, utcunque operoſum ſit ſemitam invenire; id agam tamen ut multa paucis contraham, & ſuccum exprimam ——

In iſta igitur controverſia ſtatuminanda.

—— In quo jam —— explicando, deſudat mea ex hoc loco qualiſcunque induſtria.

—— Quæ jam *mihi*, ſeorſim ſingula punctius reſtant proſequenda.

In *cujus* quidem controverſiæ medullam ut pene-

penetremus, eamque ad vivum uſque reſecemus ——

Latum vero campum & quem metuo intrare, ſed decurram brevi——

——At ne altius in profundum ſolvam, quam meæ tutum ſcaphæ videbitur, cum *res* adhuc controverſiis jactetur, & adhuc ſub *judice* lis eſt——

——Unde controverſia tota reducitur ad *hos* cancellos, utrum ——

Si dicendum eſt apertius, & accuratius ——

Noſtrum erit nunc igitur orationis penſum (veſtra bona cum venia *Auditores*) punctiſſima quæque ſic delibare, & pro meo modulo conteſſerare, ut ſub uno quaſi conſtet intuitu, quid——

——Effigiem enim ipſam figuramque totius corporis, uno quaſi penecillo ductam atque expreſſam, *vobis* propono——

——Et hoc hujus controverſiæ maximum eſt momentum——

Verba videtis quo ſpectant, & *ipſa* ſe prima fronte produnt, eſſe ſc.

Qua de re ſi paulo magis exacte cognoſcere velitis, ſic habete——

Quo in ſubjecto, propono *vobis* exponoque hæc tria——

——Atque *hac* totius præſentis cauſæ caput eſt——

In *hoc* enim cardine res tota vertitur——

Iis enim coloribus rem iſtam exprimam, quibus nec *Apelles* ſuum Alexandrum, *Zeuxis* pueri uvas, atque Helenæ ex verſu Homerico ſimulacrum preſſius effinxit——

Id ſi cui forte nimis philoſophice dictum videtur, age, pinguiori (quod aiunt) *Minerva* planius faciam——

Sed tamen quoniam hic eſt *campus* noſter, in

quo ſtatuimus hoc tempore *decurrere*; & materia, quam in hoc conſeſſu veſtro tractare decrevimus: non alienum à propoſito noſtro viſum eſt——

——Mea ſic eſt oratio, & ſic in animum induco meum, & tota *hoc* evincit orationis ſeries.

Aggrediar tamen jam ipſum *erroris* fontem & pravitatis, unde omnis caligo iſta dimanavit, & altius eruere, & aperire manifeſtius.

——Ut autem quod res eſt dicam, quodque mihi plene perſuaſum eſt——

XImo.

Formulæ *Tranſeundi* ad *Propoſitionem*, ſeu *Narrationem*, quæ fit *exponendo ſtatum Quæſtionis*, vel *ſenſum Thematis*.

CUjus ego mentem ſententiæ, ut plenius vobis planiuſque patefaciam.

At vero ſicut nubibus ſemel diſſipatis, & apertis *ædium* feneſtris fugantur tenebræ; faxim pariter & *ego*, ut intromiſſo *dilucidæ* expoſitionis *Sole*, clarius effulgeat *veritatis* radius, ſenſumque hujus ſententiæ, non ſolum *oculis* intueri, ſed *manibus* etiam contrectare videamini——

——Ac ſi contractius *rem* totam ſic propoſuiſſet.

Cujus *Veneuſtiſsimam* ſententiæ *faciem* (omni detracta *larva*) *ego* in hujuſmodi expoſitionis *ſpeculo intuendam* vobis, & *oſculandam*, exhibeo——

Ut igitur planius dicam quod ſentit *orator*, propoſiti *thematis* veritatem aperiam; longiori orationis *tela*, uberiorique *interpretationis* filo, in hunc ſenſum *explicari poteſt*——

Quæ verba ſi ad *vivum* diſcutiamus, in hunc fere ſenſum ſonare videntur, & ad nullum præterea alium collimare *ſcopum*, quam——

Cujus

Cujus tam egregii proverbii *ſphæra* in hoc *axe* & *cardine* circumrotatur——

Elegantiſſimi cujus *Adagii* ſenſus, hic eſt (ut opinor) genuinus :——

——Ac ſicut jubar *ſolis*, clariorem perficit diem, & totam nubium diſpergit obſcuritatem; Sic &——.

De *quibus*, nobis in limine, brevibus eſt deſpiciendum.

Ad hanc *ego* quæſtionem, toties & *voce*, & *ſcriptis* ab omnibus vexatam, ut reſpondeam quemadmodum oportet, utriuſque prius inſtitutum erit expendendum, ut intelligatur quomodo tam *his* quam *ille* intelligant——

——Ut videatis quantum *noſtri* intereſt penitius hujus abyſſi vada pertentare——

Ne abjectius quam par eſt de hac re quippiam ſtatuamus——

——Quod ut enucleatius fiat, obſervandum eſt in limine——

——Unde ad hoc tandem quaſi *acus* foramen, tenuiſſimi hujus (ut videtur) diſſidii *filum* redigitur——

Summatim ut dicam——

Hoc ut ſuccinctius fiat, & præſenti inſtituto accommodatius——

Cui ſi velamen detrahatur, in conſpectu erit radiantiſſima iſtiuſce rei veritas——

Quod perinde eſt, ac ſi dixiſſet——

Sed operæ-precium eſt, ut id ipſum etiam atque etiam diſtinctius, & expreſſius enucleemus——

——Quod cuivis homini prudenti, mediocriter, & intelligenti, primo oculi nictu, ſatis apparet——

Quo ſermone, quid ſignificatum habeamus, non inutile eſt diſquiſitu——

Et ne futuræ noſtræ orationis *navem*, inter erroris

roris *scopulos* fluctuantem, sine *clavo*, sine *ancho-ra*, sine *pyxide*, certove *scopo* relinqueremus; *quæ-stionis hujus sensum*, & *statum*, hunc esse cogno-scetis, quod scilicet: ———

At enim ut difflata *palea*, purissimum *granum*, scoriaque flammis absumpta *obryzum* licet videre splendidissimum, aliis *oratorem* verbis, hoc ipsum nobis innuentem cogitemus ———

Veruntamen ut hujus *aureæ* sententiæ, intimi-ora *penetralia* ab alto pandam, apertioris para-phraseos *clavi* reserando, scire *vos* velim ———

Sed ut dispersis *nubibus* in serena nocte, clarius micant *stellæ*; pariter & hujus *subobscuræ* senten-tiæ *veritas*, *nubeculis*, paraphrasi breviuscula, *dis-sipatis* ——— sciatis igitur ———

Atque ut *sacros* hos Apollinis *fontes* jucundius deguſtemus, ut has Minervæ *pyxides* recludamus, sciendum est ———

Verum cum non soli *cortici* nobis sit immoran-dum, agite *intimiorem* porro hujus sententiæ *sen-sum* attendentes, operæ-pretium erit nec injucundum quidem, *nucleum* intus latentem eruere; perinde igitur sonat ac si diceretur ———

Cujus tam tetri *vitii* turpitudinem, ut penitius paulo inspiciatis, *Desidiæque* non tantum *vestigia*, sed & ipsa *Cubilia* conspicue intueamini, adeste quæso huc paulisper & quod *ego* digito monstra-vero, in id *vos* mentis aciem intendatis.

Aruspices fuisse quosdam à veteribus accepi-mus qui in victimarum *exta* accurate inquirerent, partes maxima cum cura singulas intuerentur, ut ex diligenti singularum contemplatione res fu-turas prædicerent: Horum *nos* more ac ritu, fi-bras & *exta* horum verborum ———

——— Quod ut plenius intelligatur, res ab *ovo* (quod aiunt) altius est repetenda, & sinceræ *veritatis* scintillulæ è cineribus sunt eruendæ ———

——Discri-

—Discrimen facile apparebit inter *frumentum* & glandes, inter *triticum* & paleas, *Græciam* & Barbariam, *Athenienses* & Getas——

Quod, *amotis sipariis*, sic se nobis intuendum præbet, & tanquam *Colossea statua*, in mentis sese insinuat *oculos*———

Nec quid in hac sententia duriusculę sonet video, cum in *triviis* jactetur *compitalibus*—

In cujus rei *intestina*, paulo penitius si scrutabimur, intimiores ejus *eliciemus medullas*, ut citra omnem controversiam *diluceścat*, nullum unquam———

Sed ut uno, quasi, intuitu *veram* istius rei *imaginem* videatis graphice *delineatam*, ad hunc, cogitate, sensum, *Poëtam* nostrum attendisse; *neminem*, *viz.*———

Cujus, si accuratam ἀναλυσιν faciamus, & veluti *exossemus*, πεζογραφησομεν, & *nuda* illius nobis patefiet *veritas*, ut qui vel *lippientibus* inspexerit *oculis*, acclamabit *magnum esse*———

Quam si ego *Protogenis* coloribus potuissem *delineare*, ut quasi *stellis* variegata refulgescat, tali, se *vobis* inspiciendam daret, *habitu* ———

Quæ quidem verba (quantum ego *nanus* & *homuncio* conjectando assequor) in hunc *vos* hortantur modum, ut——

Cujus tam egregiæ sententiæ, ut è *fundo* veritatem *expiscarer*, genuinum hunc ejusdem sensum sine ullo verborum anfractu, *vobis* propino ruminandum——

Neve *istius*, tam præclarę *sententiæ*, ignorata *veritas*, altius vestris quorundam insideat animis, *arrigite aures vestras*, & *alta*, quæ dixero, *mente* reponite; *Vos* enim jam (ecce) rapio, ubi non *secluśa* aliqua tenetur *aqua*, sed unde *flumen* controversiæ universum suboritur—

Clariorem vultis ut accendam *facem*? sic igitur acci-

accipitote, *oratorem* noſtrum *ſenſiſſe*, & ſi in *vivis* jam eſſet, *dicturum* eſſe—

Sed quorſum tot *verbis* opus eſt? in his præſertim, quæ breviori *orationis* gyro, ſatis ſuperque complectendo ſumus: in *hoc* enim *cardine*, controverſia hæc tota *circumvolvitur*, nempe;—

Quæ, ne cuiquam dura, aut religioſis *auribus* abſona videantur; hujuſmodi breviter illuſtrare *ſcholio* uon gravabor, & ampliori orationis apparatu adornare—

Quod quidem ſi *recta* mentis *acie*, & acutis *judicii* oculis rimari velimus, hanc nobis inſinuaret veritatem—

Quaſi in aliis dixiſſem verbis—

Cujus ſententiæ *veritas*, ut diſcuſſa *nebula*, eluceſcat magis—

Quod luculentum dictum, quid ſibi velit, paucis delibantes; *penitiſſimos* ejus ſenſus eruamus, & hunc *Democriti puteum* (in cujus *fundo* latebat olim *demerſa veritas*) exantlemus—

—Quo itaque citius & ſatius *invricatum* hujus ſententiæ *ſenſum innodemus*, ut ipſis *lippis & tonſoribus*, omniumque undique *infantiſsimo* innoteſcat, cognoſcendum eſt—

Quo, quiſpiam ad *literas* natus, effictus & formatus, reſpiciens, crebris *hoc* uſurpabit ſermonibus—

Sed ne diutius *vitreum* (quod aiunt) *vas lambere* videamur, *pultem* tandem *attingamus*; ut ſic fracta teſta, *Unionem* reperiamus, ruptaque *nuce*, latentem intus *nucleum* excorticemus—

Quod nihil eſt aliud (ut mihi quidem videre videor) quam ſi dixiſſet, *Nullum non lapidem movendum eſſe, nullam non operam navandam*, ut—

XIImo.

Formulæ *Tranſeundi* ad *Diviſionem*, *vel (ſi mavis)* Partitionem.

ATque cum in *amplum* dicendi *campum*, mea jam *ingrediatur* oratio, ne vel nimis *anguſto* decurrat *alveo*, vel ita *redundet*, ut extra *ripas* diffluat, his *ego* objectis *aggeribus*, *eum* coarctabo, primo—ſecundo—tertio.

Intelligere vos ſpero Auditores, quæ ſit futuræ diſputationis *ſumma*: nunc ſingula meæ *diſtributionis membra*, & quid quantumque in quoque comprehenſum ſit, perpendamus; ita facilis & dilucida futura eſt tota hæc, *excellens* illa quidem, ſed tamen *ardua*, & perobſcura tractatio. Primum igitur—

—Eam ego quæſtionem nequa memoriæ veſtræ, nequa meæ confuſio fiat, ſic pote quaſi *quinque* in propagines diductam volo—

In explicatione igitur quæſtionis, primo *rem* ipſam definiam, deinde *partes* conſtituam, poſtremo *quid* inter——& reliquos——interſit oſtendam——de quibus ſigillatim *ego*, ac ordine dicam—

—Hoc facilioris explicationis gratia, in *tria* hæc capita diſtribuo, ut primum verborum *rationem* exponam, ſecundo, *naturam*, tertio, *uſum*—

Sed unum hunc *alveum* in plures *canaliculos* diffundamus, & univerſum inſecuturi ſermonis *flumen*, in *tres* (ſi placet) *partes* diſpertiamus; hac enim ratione, inſtituti argumenta tandem facilius pertexemus, nec *noſtra*, tanquam in *mille Mæandros* deferetur oratio—

Sed varii, ex hac *ſcaturigine*, oriuntur *rivuli*, quos in hos diſtinctos *alveos* coarctabo, primo, ſecundo, tertio—

Tripartita igitur erit totius *rei* diſtributio, ut ſic

pro

protensum *orationis* meæ *filum*, tanquam ad *Mercurialem statuam* dirigens, longius quam debeam, non prolabar——

Cæterum ne oblitus *brevitatis*, nostra longius *digrediatur* oratio, ab hoc veluti communi *centro* omnes *lineæ*, in futuro meæ *declamationis circulo* deducentur:——

Quæ de hac re involutius proponi solent mihi, revocanda videntur ad hæc duo capita, tanquam Mercuriales statuas——primo——secundo.

Et ne extra omnes nostra *oratio* cancellos limitesque excurrat, ad *hoc* quasi centrum mathematicum, omnes diametros reducam, extra cujus *circumferentiam*, ne *latum* (quod aiunt) *unguem* expatiabor———

Sed *rivulum* unum aut alterum, de tanto *Oceano* deducam, reliquos *sicco* (quod aiunt) *prætereuntes pede*; quos omnino omnes *infantiam* meam exprimendo non esse, ingenue fateor———

Sed ne in immensum *pelagus*, verborumque *flumen* immergam calamum, hosce *tres* speciatim persequemur, ex hac *scaturigine* oriundos *rivulos*——

Quare quemadmodum qui longum iter susceperunt, *ducem* viæ sibi eligunt, ne temere aberrent———ita & *nos* pariter———Ariadneum Methodi filum———

XIIImo.

Transeundi ad Confirmationem.

1. Confirmandi, *in genere.*

QUæ ne forsan verisimilia magis, quam vera videantur, cogitate———

Meam

Meam *ego* assertionem *Achilleo* argumentorum *robore*, rationum gravissimarum *pondere*, fundamentorum *evidentia*, exemplorum *magnificentia*, demonstrabo, pariter & confirmabo ——

—— Verum, ne ex *meo*, quæ dixi, *cerebro* fingere omnia videar, si plures *rationes* earumque momenta firmissima desideratis ipsa *philosophorum* quasi oracula, vobis producam ——

Quæ, ne perfunctorie forsan prælocutum *me*, & *humano* potius effudisse impetu, cogitetis quam hoc ipsum ingenti molimine iteratæ insinuationis inculcat, —— attendite ad ——

Quod ne *commentum* vobis, aut fabulosum videatur *figmentum*.

Quod quomodo sit astruendum adversus tergiversantes cujuscunque *sectæ*, velites, aut *triarios*, supereſt ut contractius in sequentibus explicem ——

Quod clausis vel in totum *Homericis* oculis, liquebit facile si —— *Tertull. Pall. cap. 2.*

Quod adversus tot *opponentium* impetus operosius erit adstruendum ——

—— Efficiam idcirco ut arbitror, ne videatur usque adeo *veri* dissimile, quin ipso die, sole ipso clarius eluceat ——

—— Quæ quo magis in *themate* nostro latent, eo diligentius, ut boni *venatores* solent, per vestigia, sensum latentem persequemur ——

—— Ista autem ut clarius in se eluceſcant, & firmius muniantur adversus reclamantium insultus, observandum est ——

—— Ad quam ego statuminandam sententiam aggressurus modo rationes ——

—— Et sane spero facturum me vobis manifestum, nostra omnia non modo niti rationum firmissimarum autoritate, quod sufficit ad *victoriam*; sed & Philosophorum & Poëtarum, addo

etiam

etiam ipſorum alias adverſariorum teſtimonio comprobari, quod inſigne eſt, & magnificum ad *triumphum*—

Poſſim hoc loco evagari latius, & id quod dixi, tum *repetitis* è veteri memoria, tum *vivis* ac ſpirantibus exemplis confirmare—

O mihi quis jam ſe *campus* orationis expandet! retinete, dicentem, *temporis*, methodique repagulis; abripiet enim, & torrente *me* ſuo, *Eruditio* ſuas in utilitatis effundet—

Rationes jam afferimus, per *quas* nobis noſtram ſententiam confirmemus, è quibus *hæc* prima eſt.

—Pretium (ſicut mihi perſuadeo) alicujus moræ erit, ventilare—

XIV^to.
Confirmandi.

2. *In* Specie, *& primo per* Cauſam.

NAm—
Quid enim—
Quid etenim aliud—
Quippe nimirum—

Quod præter omnem dubitationem ita eſt *verum*, ut *verius* nil eſſe poſſit; ſive enim perpendamus—ſive examinemus—ſive obſervemus—meritiſſime præferamus—

Quam ut *Achilleis* revera argumentis, & inconfutabili *obſepiam* ratione, cogitate quæſo:

Et primò, à *cauſa*, hujus rei *veritas* confirmatur: *quid enim non deſignat, quid non perpetrat avaritia?*

Cauſam me vultis, ut indigitarem? occurrunt plurimæ, perpendite apud *vos* perpendite quæſo—num

Vultiſne

Vultiſne *cauſam*? En *vobis* manifeſtam—

—*Fert animus*, cauſas *tantarum expromere rerum*
Immenſumque aperire opus— Lucan.

—Quod in *cauſa* thematis noſtri manifeſtum eſſe, quis tam nullo præditus eſt ſenſu, qui non fateatur?—

—Oraculum autem verius, nec *ille*, nec *Apollo* Delphicus pronunciavit unquam: nam cum aſpera, & amœna minus ſit *virtutis* ſemita—

—Hoc autem ut fiat dilucidius, omnes ratiunculas noſtras huc ſuccenturiare, longa eſſet injuria, longæ Ambages; ac proinde, ceu canis de *Nilo*, unam aliamque palmarem in tranſcurſu, *vobis* prælibabo—

—Nam ut hujus ſententiæ rationem, æque ac originem, à primis *naturæ* arceſſam faſciis.

Quam luculentam *ſententiam*, *nervos* æque ac *cutem*, *poros* ac *ſanguinem* habere comperietis, ſi—

Atqui, ſi cui videar *hæc* audacius quam verius dicere, agedum pauliſper ipſas intimius *rerum* rationes inſpiciamus, quo palam fiat—

Quod ut argumentis evincam neceſſariis verum eſſe, ſciatis velim—

Luce clarius aperta cauſa eſt, cur interdum—

Ratio in promptu eſt.

Et ut affatim *rationum*, in unum quaſi *circulum* colligam—

Cauſas vultis? ecce has—1. quia—2.

—Vita fabula, tragœdia, cujus *Deus* eſt Choragus, *argumentum* luctus ac calamitas, *hiſtriones* miſeri mortales; *chorus* fœminæ & viri; *apparatus* aurum & argentum; *veſtes* variæ & magno pretio conductæ, aliena omnia ac mutuata, ſæpe autem ſubito reddenda—*theatrum* eſt hic orbis, in quo homines *naturæ* collocavit—*Heinſ.*

Qua ratione adductus.

—Ab

——Ab *hoc* enim malo eſt quicquid ul. quam eſt mali——

——Mihi enim pro conceſſo eſt, conſeſſoque ab omnibus——

——Quod primum *rationum* autoritate, deinde quotidianis docebimus *exemplis*——

Non aliam ob cauſam, *Palladem* finxerunt *armatam* antiquiſſimi illi *Poëtæ*, quam ut ſignificarent, in *regibus*, bellicam virtutem cum *ſapientia* conjunctam eſſe oportere.

Videmus enim velut *Apelleis* lineis *graphice* depictam, hujuſce rei veritatem: cui enim vel *tonſori*, vel *lippo*, non ſat innoteſcit?

Quam nos ſententiam ut *nervoſius* paulo confirmemus——

Rationem petitis? en vobis——

Rationem hujus ſi quis *indagaverit*, hanc non eſſe infimam agnoſcet.

Neque hoc ego quenquam *mirari* velim, cum——

Nec immerito; nam *adulatores dum laudant, lædunt*——

Sed ſi hæc *penſiculatius* paulo ruminetis——

Qui enim *otio torpuerint, vitam ducunt plane ingloriam.*——

Nonne quotidiana *docet* experientia?

His, quaſi obiter *prælibatis*, huic veriſſimæ ſententiæ, *arcem* obſepire non erit difficile, ſi bene perpendamus.

Hîc alias poſſem, & plures ſubnectere cauſas,
Sed jumenta vocant, & Sol inclinat: eundum eſt.

Longa eſſet injuria, ſi omnes rationes perſtringerem, *longæ* nimis eſſent *ambages*, hoc ergo tempore, ſolummodo *ſumma ſequar faſtigia rerum*——

——Et cauſam iſtius rei quis ignorat?

——Recte proinde *illi*, imo rectiſſime proculdubio faciunt, qui——

Quod

Quod egregie prolatum *dictum*, ut probatum vobis reddam ——

Cujus rei *causam* ne quis forsan ignorare possit ——

Quod dictum, ne videatur tractum ex *vulgi* opinionibus, considerate.

—— Et hoc tam aperte constare efficiemus illico, ut eum *talpa*, & *liberide* cæciorem esse oporteat, qui *illud* non viderit; nam ——

Quod ne cui vestrum esse videatur *mirum*, perpendite *rationes* paucis ——

Quam ego *verissimam* esse, sexcentis facile evincam rationibus ——

Quod quo facilius *argumentis* perspicere possitis, rem ipsam *vobis* dum exponam, quæso diligenter attendite ——

Et quis in clarissima *luce* cæcutire videtur ad morem *Tiresiæ* Noctuine, qui talem dari in regno *literario* jucunditatem, pleno non admittat ostio; cum ——

——Quod affirmatum si *cupiam* ex circulo vestro, *Auditores*, non absimile videatur, *vel Agyrtarum* gerris, vel *theatri* nugis, mecum *is* rationis sequatur radium ——

Illud igitur imprimis certissimum esse sciatis, nihil *hominem* à bellua evidentius distinguere, ipsa *eruditione*, eloquentia, *sermone*, quibus *homo* se maxime *hominem* esse ostendit.

—— Sed ut *Achilleis* hoc evincam *rationibus*, operæ-pretium nunc erit, causas primo ponderare ——

Et hanc ego *rationem* hodierno die statui *vobis* repræsentare, ut ab hac, velut è *face*, lucem *veritatis* accipiatis ——

2do. *Per Contrarium.*

DIſpiciamus vero, ſi placet, aliquantiſper *otioſæ* vitæ turpitudinem; intueamur, ſi vultis, nævos, maculas, inertis ignavæque *pueritiæ*, ut tanquam *Æthiopes* faciant noſtrates *Europæos*, candidiores apparere—

E regione vero—

Ex oppoſito autem qui—

At ex Diametro—

E contra vero

Qui autem *otio* torpuerint—

Sed ut contraria juxta ſe poſita magis elucescant, conferamus pauliſper—

Nonne enim—

Contemplemini vero contrarium *vitæ* inſtitutum, & *quid aliud quam* inopiam *videbitis*? *quam dedecus invenietis*?

Secus longe contingit—

Sed audite paucula; quid remini de—

At vero *pugnantia ſecum Frontibus adverſis paulum componere*—

—Vice verſa.

3tio. *Per Similitudinem.*

SIcut enim.

Nam veluti:

Quemadmodum enim:

Non ſecus——non aliter.

Ut enim nec ſine oculo *Domini* equum; nec ſine *veſtigio Domini* agrum dixit pingueſcere *Thales* Mileſius——ſic

Quam ego *veritatem* ut meridiano *jubari* prælucere faciam, cogitate—

Et

Et ſicut ſtultus ſit neceſſe eſt, qui *hyemem* accuſat, quia horrida ſit aquilonibus, & ob aëris intemperiem frugibus creandis, prorſus inutilis; dum non reputat *æſtatis*, quæ præceſſit, hoc eſſe officium; *hyemem* uti partis, & eſſe otioſam: ita iniquus eſt qui *ſenium* ſe attigiſſe queritur, quia ultimus is ſit *Comœdiæ* actus: tum enim è *theatro* hilarem *te* proripias oportet—

4^to. *Per Exemplum.*

SEd ut planiora fiant quæ dicimus, exemplis ſingulatim illuſtranda ſunt, & paulo uberius exaggeranda, ne immodicæ brevitatis ſtudio rerum pondera orationis celeritate rapiantur.

Tuos, mi *Cicero*, appello *manes*, tuoſque *teſtor* conſopitos *cineres*; reviviſcas (*quæſo*) & quod dudum *exemplo* præſtiteris tuo, impræſentiarum rurſus comprobato, annon tu?

Quæro abs te *Hercules*, quibus *tu* tandem *gradibus* aſcendiſti in *Cœlum*? quo *tu* (*quæſo*) modo, tam *nobilis*, tam *celebris*, factus es, tam *honoratus*? profecto licet *ipſe* jam *ſepultus* jaceas, *tuum* tamen *nos* caſore ſatis alloquitur *exemplum*, *te* per *labores* tuos (vere *Herculeos*) evaſiſſe inclytum—

Sed *quid moror iſtis*? quid *dictis* opus eſt, cum *facta* loquuntur? reſpicite enim *Heraclitum*.—

——Sed quo *te*, Theophraſte, prætermittimus piaculo?—qui cum

—Quod ita eſſe, luce clarius *exempla* demonſtrant. Quis enim unquam—

—Neque hoc ſane novum, ſiquidem mos iſte—

Exemplis talibus plena ſunt omnia.

Et

Et vero habe fortunas omnes cum *Crœso*, numera candidos cum *Polycrate* felici dies, fluant ultro dormienti in gremium victoriæ cum *Timotheo*, fiat aurum quicquid tetigeris cum *Mida*, fiat *rosa* quicquid calcaveris, cum Persio nisi *amicum* tamen habeas, quocum affectus & animum commiscas, inter fortunas & solatia *Tantalum*, te & *Irum* invenies.

Vultis itaque, ut è *mortuis* resurgat *Aristippus*? Vultis, ut illum *Nestorem*? Vultis, ut *Ulyssem* in scenam inducam? En *vobis* adest *coram*, *quem quæritis*———

Exempli enim gratia, quid memorem *Curios*, *Fabricios*, *Cincinnatos*, *Culatinos*, *Scipiones*, *Catones*, & sexcentos alios? qui *omnes* in hanc nostram opinionem, *pedibus* (ut ita dicam) *ivere suis*—

En *vobis* (si placet) *multas* doctorum *legiones* ad suppetias *nostras*, qui ad hujus sententiæ mentionem (tanquam *milites* ad suum *vexillum*) nobis gregatim occurrunt *præsidiarii*: Ellum melioris literaturæ *anteſignanum*, Plutarchum! qui—

Hujus rei *testes* sunt parietes isti, intra quos, nonnullos *ipsi* vidimus, qui primo congressu videbantur *aliqui* non ita multo post sese prodiderunt, quam essent *nulli*; & *vosmet ipsi* istis quidem *oculis* sæpius non potuistis non observare.

Vos parietes obtestor & *subsellia* imploro adeste *vos* Ciconiæ, vos *Aquilæ*, vos *Leones* & hodierni temporis *ingratos* hominum mores redarguite.

Hem *Parcæ* quæ nulli parcitis! vos *Ulyssem*, Ajacem, Hectorem prostravistis humi——tu quoque Æole—

Occidis, *Argivæ quem non potuere phalanges*
Sternere, *nec Priami* regnorum eversor *Achilles*.

At si Primorum replicaveris Annales—

Vidimus *multos* honore conspicuos, celsarum dignitatum insedisse fastigiis, *Tyrio murice* nitidissimos,

diſſimos, qui ad utrumque *Phœbum*, & *polum* utrumque, *ſuum* extenderunt imperium; quorum ampliſſimę *opes* abierunt; tranſierunt & ipſi *opum* tantarum *Domini*. Sed in hoc *Muſarum* Parnaſſo, circumvecto *ætatis* veſtræ *gnomone*, cum horologii *umbra*, aut *mortis*, aut ſenectutis *punctum*, attigiſſe videbitur, tum confertiſſimos, uberrimæ ſtudiorum veſtrorum *meſſis*, manipulos *demetetis*——

Quis vellicato *Cicerone* ſuis auribus non timeat? quem notato *Virgilio*, calumniæ *metus* non terreat?

Ego ſane cum ad *Præteritorum* temporum recordationem, animum excito, & veteris ævi ſpatia, *cogitatione* decurro, *&c.*

Literarum procurationem, *Reges* ipſos ſæpenumero ſuſcepiſſe, & *patrum* memoris accepimus, & *noſtra*, ipſi vidimus——

Plautum enim hic ſolum evoco, & *præpono* (nec *impono*, quia ex animo ita ſentio) omnibus qui in *Latio*, aut *Græcia* imbuerunt chartaceum hoc æquor——*Lipſ.*

Atque hunc quidem ipſum *Platonem* quo piaculo omitto? cujus magnitudine animus aſſurgit, & commemoratione ſola, quaſi ad divinitatis occurſum commovetur: erant tum *Athenæ* Atticæ, *Palladium* terrarum, templum eruditionis ac delubrum, totiuſque ſapientiæ emporium commune——

Omnes *paupertatem* timent, *Socrates* contempſit: omnes *mortem* horrent, *ille* vero etiam optavit; quippe cum jam manu poculum teneret, neque amplius quam hauſtu unico à morte abeſſet, nondum deſiit jocari——*Phœdo* noſter *inquit* ſalvi ſumus; jam de *gallo* cogitandum eſt. Hoc à *Melito* beneficium *Socrates* accepit, hanc felicitatem *Anyto* debebat——

Cujus autem animus non paſcitur, & quaſi ſaginatur, qui *Camillos*, Fabios, *Fabricios*, Naſicas, Scipiones, *Curios*, & id genus alia, non tam *hominum*, quam *virtutis* legit nomina?

Exhaurire coner *oceanum*, ſi exemplorum quæram in *antiquitate* finem, & hæc *noſtra* quoque tempora, materiam ſuppeditant *orationi*, ſi vel *aulas* Principum, vel rerum publicarum *curias*, dictionis perluſtrare curſu vellem.

Ubi tu *pientiſsime* Ænea? *Eloquentiſsime* Cicero? Tulli ditiſſime? ubi *Cæſar!* ubi *Alexander* terrarum *dominus*? occubuit *Craſſus*, exſpiravit *Cræſus*, abiere *Catones*, *duo fulmina belli Scipiadæ* occidere, duæque civilis belli *Erinnyes*, Pompeius *gener*, & Cæſar *ſocer*, nec tibi pepercit doctiſſime Virgili—

Ingeniorum *ille* ſcientiarumque fons *Homerus*, humanæ *terminus* admirationis, quem *antiquitas* veneranda, ore patulo *vomentem* ita repræſentavit, ut defluentes ab ejus *ore* liquores, ac *flores*, in amphoris & caniſtris colligerent *philoſophi*, juriſconſulti, *oratores*, aſtrologi, *poëtæ*, medici, *pictores*—

Memoriæ proditum eſt *Catonem*—

Ciceronem ferunt—

Sed quid ego in re non dubia, *exemplis* utar non neceſſariis?

Quod ſi *hodierna*, adeoque præſentia, veſtro magis *ſapiant* palato; ecce intra iſtos *parietes*, omnium longe illuſtriſſimos—

——Quod ſi illam *Martis* urbem, bellici furoris ſedem, & quæ ſemper arma vel inferret ſua, vel timeret aliena, publico *librorum* armario carere non poſſe, *principes* terrarum judicarunt, ——tum

——Ubi vero tua, Marce *Cato*, gravitas, ſeveritas, ac rigor? ubi pondus *Stoicum*, ac ſupercilium immobile atque invictum? ubi ingens illa

anima

anima quam *libertati* victimam ſervabas? tum latebat—

——*Socratem* qui non ſuem *Erymanthium*, aut aprum, ut *Poëticus* nugator, aut leonem *Nemæum*, ſed immanes animorum feras, *iram* ac vindictæ *lubidinem* quotidie vincebat. Qui immotus animo, atque inconcuſſus, *cæli* corruentis impetum ſuſtinuiſſet, & labente hoc mundo uno *conſcientiæ* ſuffultus tibicine, ſecurus ſuique ſimilis cum univerſo cecidiſſet——Quem vero timuiſſet, qui nec mortem poterat timere, quam qui *ſpernit*, mori poteſt, *vinci* nondum poteſt.

Sed quid ego *opem* antiquorum *ſubſidiariam* peterem, cum indies *nobis*, ante *oculos* obverſentur, (imo vix uno abhinc triduo) —qui—

Ponite quæſo ante *oculos*, univerſos anterioris ſeculi *Proceres*, Philoſophos, qui *omnes* (niſi *famæ* de illis injurioſius decernat) *omnes* inquam—

——Vidit *ea* dies *Auditores*, duas ac viginti, moles dicam neſcio an naves——*Heinſ.*

——Nam *Achilli*, quem ut accuratam *belli* normam, victor orbis *Macedo*, colebat, *citharam*, qua belli tædia diſpungeret, in manum, Poëtarum princeps dedit——nullum cibi condimentum præter ſudorem & ſanguinem habebat.

——*Ille* filii obitum deplorat, *iſte* ſed cum lachrymis moleſte optat: *huic* domi eſt *Medea*, non ad *horam* ut in ſcena, ſed ad *vitam* comes—

—Ut ſileam *Ulyſsis* errores & innumera capitis diſcrimina, quibus ſe objecit, antequam—

Cogitate ſerio, *beatos* illos *antiquorum* manes hunc vobis, *creta* notantes ad *Helicona* callem; quorum, licet *cineres* ad tempus jaceant in *ſepulcro dormientes*; at ſane in ſtudiis apud *nos* ſuis, *vivunt* adhuc, ſemperque *victuri* ſunt ſuperſtites--

Nam ut totum *antiquitatis* iter omittamus, &

ad illas *temporum* tempeſtates veniamus, in quibus *noſtrates* ipſi, (ut alios complures taceam) ſe ad———

Et quoniam ſub *vexillo veritatis*, contra ſecus cogitantes *digladiandum* eſt; multas *armatorum* catervas (velut in *Equum Trojanum*) congregavi, qui (adverſariis ſurrepto *Palladio*) victoriam facilem pollicentur. *Eccum* vobis in prima acie *Ciceronem* qui.———

———Multum ab *eorum* conſuetudine alienus, qui immenſis *poculorum* certaminibus, & quaſi bello, nihil præter vinum pro ſalute *patriæ* effundunt———

Tiberios, Caligulas, *Nerones*, & portenta cætera, ut tranſeam ——— & ejuſdem ſpeluncæ non nominanda monſtra ———

Obruit *eos*, ex hac parte *oratorum* veneranda phalanx, ſed & *philoſophorum* non contemnendus exercitus ———

Conſultiſſimi *hiſtoriarum* viri, & magnus *ille* temporum heluo *Baronius*———

———Qua ratione adducti priſci *heroes*, in diſciplinam doctorum hominum *filios* ſuos ſtudioſe tradiderunt. *Alexandrum* magnum docuit Ariſtoteles; *Timotheum* Cononis optimi imperatoris filium Iſocrates, *Epaminondam* Lyſis Pythagoreus———

Quippiam ne vero tale *olim* factitatum legitur? etiam quid ni? inſpiciatur enim *Xenophontis* liber de ——legatur *Iſocrates* de———

Quid? *repetamne* Catilinæ *parricidium*? perſtringam *Clodii* libidinem? *Gracchorum* molitionem? *tempus* non ſufficeret, ſi *Neronem*, ſi *Heliogabalum*, (*monſtra* narro, non *homines*) in *theatrum* inducerem; quorum *ingluviem*, *ructum*, *crapulam*, ſi recenſere velim, *dies* me deficeret, præſertim cum *noctis* potius hoc opus fuerit quam *diei* ——

Sed

Sed ne *ego* ſuppoſititias *venundari* viderer *merces*, en *pugillum* ex toto antiquitatis *faſce*; ecce vobis *præſegmen*, ut quid ſit *doctorum* in hac re judicium *prælibetis*, neque enim aliud fecit, *Alex. Magnus*: cum———

Turmatim *nobis* hic occurrunt *heroes* illi literarii, magni ſtudiorum *Atlantes*———

Sed quo me jam *feſſum rapitis* Philoſophi? quid tu Philoſophorum *phoſphore* magne *Ariſtoteles*, mihi in aurem dicis? quid eſt, ô *Cleanthes*, quod *tu* mihi ſic urges cubitum? Ego *te* novi, omnes, hi *te* perbelle noverunt, per *nocturnas* vigilias, viaticum ad *diurnas* Muſas comparaſſe———

Propono & *propino* vobis, pientiſſimi *illius* Æneæ exemplum, qui———

Quibus autem *donis* cumulati, quibus exculti *artibus*; faſtigiatam *eloquentiæ* arcem, conſcenderunt *veteres* illi oratores: an utique credimus *eorum naſcentium* labris, inſediſſe flexanimam *Suadam*? cujus quaſi *Gratiis* afflati, evaderunt aliquando in *Deos mortales*, ſuo qui arbitrio *animorum habenas* moderentur? minime vero, ſed per *ſtudia*, per *labores*, per *vigilias*, inclaruerunt. *Vos* igitur ſatigare juvet, *Scyllas*, *Charybdes*, & reliqua monſtra *aquarum*, & ſi quid in *orbe* ſit arduum, hoc molimini; exhauſtum enim *ſudorem*, ingens à *tergo* comitatur gloria——— *Farnab. Ind. Rhet.*

Hic vero *campum* feraciſſimum & lætiſſimas *ſegetes* oſtendit Hiſtoria; in quibus omnino omnibus *demetendis*, ſi deſudem, *tempus* ante me deficeret, quam extremos *ſulcos* attigero; *exemplorum* igitur *multitudine ſuperſedendum* arbitror, unumque tantum, aut alterum *manipulum* (quaſi de mercibus *ſegmen* præcidaneum) colligemus———

Proponite *vobis* (*Iuvenes Philomuſi*) *heroica* illa

antiquorum *exempla*, *semideos* illos imitamini antistites, qui——

Obruor, en obruor *ego* jam *exemplis*, quocunque *oculos*, quocunque *animum* appulero meum, video multifariam *exemplorum* suppellectilem, & (veluti) *muscas*) undique prosilientes *Milites*, *velones*, ad hanc *propugnandam* sententiam *advolare*——

——Neque de *Plutarcho* quicquam adhuc dixi, qui compendium scientiæ, prudentiæ thesaurus, mare antiquitatum, utriusque gentis divinus quidam promicondus est.

Quid dicam de *te* doctissime *Plato*?

——Hic forsan efflagitet aliquis ut ea quæ verbis adserta sunt, aliquibus jam demonstrentur *exemplis*——

Quapropter *reges* maximi, singulari benevolentia *Poëtas* semper sunt complexi; nam *Hiero* Simonidem, *Cato* Ennium, *Cæsar Augustus* Virgilium, Varium, & Q. Horatium Flaccum, in summo habuisse pretio dicitur. Facem hic ut addam *Exempli*——

—Et obvia sunt passim non parum multa exempla, ex sacris quoque literis eruta—

—Laboravit his malis *Alexander* magnus, *M. Antonius*, & plures alii, quos numerare labor est: Sed & *Ennius* Poëta, qui ob *vinolentiam* articulari morbo consumptus est—*Martialis* item potationibus indulsit——Haud absimile quiddam de *Geta* imperatore refertur, qui apponi sibi in mensa jubebat, dapes per *alphabetum*, viz. *anatem*, anserem, *aprum*—aliquando *pavonem*, perdicem, *pullum*, porcellum, *piscem*, pernam, &c.

——Inter quos ut interim *Diogenes*, Xenocrates, Catones, *Cassios*, ac Brutos sileam, *Chiron* ille cum immortalem esse liceret, ultro *mortem* præoptavit—

Nam

Nam ut ab *Heroicis* usque temporibus, *annalium* memoriam animo *replicemus*, nullam ullibi inveniemus gentem, quam—

Annon *æquitatis* studium exilium *Aristidi*? studium *sapientiæ*, venenum *Socrati*? integritas & *patriæ* salus *Demostheni* perniciem accersivit?

Sed nec *diffundam* me multis, nec in *patentissimos* historiarum *campos* expatiabor; *unum* solummodo, aut alterum *vobis* porrigam, ex copiosiori vindemia *racemum*, quem vestro ut allubeat *palato*, valde cupio—

Atque hic dum *intueor quot* occurrunt *dicenda*, & quam *paucis* fit *dicendum*, non adeo me agitat quid dicam, quam quid prætermittam, per omnes *historicos* volitate, invisite *Academias*, quid aliud quæso, quam—

Quid vobis memorem *Sardanapalum* luxu perditum? *Heliogabalum* crapula interemptum (*monstra* dicam an *homines*?) qui *suam* non modo *vitam*, quinimo totas insuper *respublicas* dissolutis suis *moribus* pessum dederint?

Tam celebris olim Trojanæ urbis rudera quæso & cineres refodite, & inspicite paulisper mecum, & invenietis *morum suorum corruptionem*, & non *murorum* diruptionem, causam illius excidii, quod non obscure innuit *Poëta* quum cecinerit,

Invadunt urbem somno, vinoque sepultam—

5to. *Per Testimonium.*

ATque ne hæc à *me* in rationis, ac *veritatis* luce ita disputari putetis, ut à *me* tantum accipiant *autoritatem*, credite *Auditores*, non hanc à *me* mihi mentem esse; sensit hoc *Tullius*, cum Tullio *Conificius*, cum utroque *Quintilianus*—

Recte quidem Poëta—

—Optime orator—

——Præclare inquit Comicus——

Res minime *dubia* est, & disputatione non eget; exstant omnes *domestici*, plurimi *exteri*; testes exstant sanctissimæ *leges*, & veterum *patrum* decreta minime *obscura*, aut dubia; sit sacrosancta illorum apud *vos* autoritas——

——Nam ut in *telo* aliquo, aut gladio multum interest à qua *manu* veniat; sic in *sententia*, ut penetret, valde facit robustæ alicujus, & receptæ *autoritatis* pondus——

Et ne nimis *steriles* in tanta *fœcunditate* & *flumine differendi* videamur, age *fontibus* apertis, *rivulos* nostros, altius aliquantisper *fluere* jam permittemus, *consultis* Antiquorum *oraculis*, ex quorum *tripode*, nostra sat abunde confirmatur opinio; horsum tu *Plato*, paucis te volo——

Quod si adhuc penitius velimus introspicere, aut aperte, aut ex consequenti, veneranda omnis fere antiquitatis canicies pro *nobis* consistit——

——Succedunt minoris ordinis succenturiati milites, similia suffragia perhibentis——

Neque vos *invito* solum ad *olera* hæc & *legumina*, aliaque id genus, *crassioris succi* alimenta, meæ *inventionis arte*, sata, cocta, apparata; sed ad exquisitissimam *mensam*, epulas *Oratorum*, *ambrosiam* Philosophorum, *nectar* Poetarum, omniaque *wellitissima* oribus, *auribus*, animis, *quæ* placeant fercula——

Sed si mea *vos* non moveat oratio, moveat saltem *antiquorum* Philosophorum, moveat *oratorum*; non enim pluvias (ut aiunt) *aquas* colligo, sed è *vivo gurgite salientes* propino; legite *Demosthenem*; evolvite *Isocratem*, percurrite *Platonem*, &c.

——Consulite sultis *Tacitum*, qui civilis atque militaris rei autor maximus, sententiis rebusque densus, verbis strictus ac compressus, totus

totus denique *ignis* ——— *Heinſ. orat.* —Qui in animis *principum* atque in pectoribus vixiſſe, & eorum cogitationes perluſtraſſe, videatur, ita docet, ita eruit ac detegit, ita ob oculos ponit *Tacitus* omnia ——Res cum verbis, verba certant cum ſententiis nunquam turget, ſed aſſurgit.

Adeſdum tu M. Tulli, *adeſdum* (inquam) & dicas aperte ———

Ex tripode penitiſſimæ *ſapientiæ* eſt illud Senecæ, qui Socrateo melle depluit totus———

Idem etiam quod ego in hac re, *ſapientiæ humanæ oraculum*, Ariſtoteles *ipſe dixit*; affirmans : ——

——— Xenophontis dictionem *Gratiæ* formaſſe, iis manibus videntur, quibus ut *Poëtam* volunt, *Veneri* miniſtrant.

Herodotum, cujus omni nectare, omni Indicæ arundinis humore, ac ſucco, ſuavior eſt dictio—

Demoſthenem ———qui tonabat in *Philippum*, totoque eloquentiæ impetu, tota illa gravitate ac ſententiarum denſitate fulminabat ac ruebat, cœlum denique ac terram, Athenienſis *Iupiter*, Demoſthenes miſcebat.

———Quem numeroſa comitatur familia, quorum teſtimonia non capit hujus noſtri thematis anguſtia———

——Sed *Poëtico* utamur contra hunc *Poëtaſtrum* teſtimonio, ut ſuo *ipſius* mucrone pertinax confodiatur ——*Vide* quam aperto Marte adverſus *te* prælientur *Poëtæ* ———

Nec eſt quod vereamini, *meæ* me habere *cauſæ* teſtem, ὁμόψηφον, habeo, enim, & in promptu habeo, nec *illum proletaneum* quempiam, *imi ſubſellii oratorem* gregarium *vemiliem*, ſed politioris literaturæ *vexilliferum*, magnum illum, doctumq; *Scaligerum*, qui in hoc ariſſimo *doctorum* choro, *nemini* ſecundus *aſſidebit* ———

Oraculum consulite, quod non furibunda *Delphis* Pythia, non Dodonæus *Jupiter*, aut Ammon; non Ismenius *Apollo*, aut Clarius; non vaticani *aruspices*, aut de circo *astrologi*—sed—

Quis tibi *Plato* pulcherrimam *hanc* cogitationem immisit, quam sublime animus tuus *ascendit*, cum hanc palmarem sententiam protulisti? tetigisti *rem*, non *acu* (quod dici solet) sed *acie* mentis, & *acumine*.

Agedum quicunque *dubitas*, & nostri sermonis audaciam *miraris*, perlustra *Græcia* lumina, doctrinæ *numina*, Platonem, &c. percurre *Romani* nominis æternitatem, & in hac immortalitatis *gloria* sublimes, Ciceronem, *Cæsarem*, *Senecam*, alioſque infinitos intuere.

Naturæ quidam quasi *genius* & idea rationis Aristoteles—cujus *ille* unicus sacerdos ac consultus fuit, qui diversitate rerum, *solus* humanam ætatem occupare potest: ordine vero ac tradendi ratione, *omnium* conatum excessit. *Heinſ.*

Nam ut in principio *Ethicorum* vir divinus, imo numen quoddam, & vis quædam major *sapientiæ*, notavit *Aristoteles*—in *quo* quot prope verba, tot arcana, *doctor* publicus humani generis, summus sapientiæ *ædituus*, oracula effundit—

Totius antiquitatis *fastos* ad subsidium nostrum proferemus—complures enim horum—Magnus ille doctor—*Arist. sc.* Rex Philosophorum———

Abyssus eruditionis veteris *Hesychius*———

——— Cui etiam opinioni calculum apponit suum———

Quæ omnia intento quasi digito hanc quam *ego*, monstrant jam *vobis* veritatem———

——— Astipulatur & vulgo jactatum proverbium———

——— En Germanum *Philosophum*! en vocem

cem *auream*, Attico madentem succo *!*

Sed quid ego argumentor ? quid plura *diſputo* ? *te* teſtem *obteſtor* (mellitiſſime *Cicero !*) ad *te* enim (tanquam ad *ſacram* aliquam *anchoram*) jam confugio ; ut *tu* (velut *alter Achilles*) noſtram *propugnes* oppugnatam *provinciam* ; quid ? annon tu—

Hoc ipſiſſimum in *ore* ſæpius habuiſſe fertur *Auguſtus Cæſar*, ipſum audite—ô *egregiam* & vere *regiam* tanti *Imperatoris* ſententiam ! optime dixiſti vir optime *!*

Quod, ſi *telas* oratorum *retexere* libuiſſet, ſexcenta liceret ejuſmodi proferre ; *pleni enim* ſunt libri, *plenæ* hiſtoriæ, ſed nec opus eſt, ut *vagetur* oratio, cum *domi* habet unde luxuriet :—

Quod ipſum fide dignorum ſcriptorum ſuffragiis, conſenſu conſono atteſtantibus, comprobatum eſt Quid ? Annon—

Quod idem confirmat *Euripideum*, aureis ſane inſculpendum characteribus—

Sed priuſquam iſtis *valedicam*, *ſalutandus* eſt Plato, *compellandus* etiam paucis eſt *Iſocrates* ; qui velut *Sol* & *Luna* inter alios *emicuere*, pleniſque *buccis* & *buccinis*, huic noſtræ *aſtipulantur* opinioni.

M. illum *Tullium* Romanæ fontem eloquentiæ ac regem, *patrem* quoque patriæ fuiſſe dictum aliquando legiſtis—Hinc orationem vividam, ſublimem, maſculam, nervoſam : hinc colorem, ſuccum & figuras, ducite, ac haurite—

Sic *Plato*, ſic *Ariſtoteles*, ſic *Zeno*—

Ab his mihi non diſſentire videtur Homerus, qui—

Agedum *Plato*, Euge *Ariſtoteles*—

Arbitros arceſſo, omnium *ſcientiarum* callentiſſimos ; & *oracula* vos audire cogitate, cum univerſum *antiquitatis* concentum audieritis, qui

omnes

omnes in hæc verba *ſublimia*, acuta; mellis, leporis, *piperataque* (ut Sido. Apollonius ait) *facundiæ* plena, (in quibus ferventis fulmen ingenii) eruperunt ———

Eruditorum ille maximus, J. Scaliger—qui promulſide hac nos allicit ad dapſilem oratorum cœnam ———

Oceanus teſtium *immenſus*, in apertum noſtræ declamationis *campum inundat*, in quo mea jam *natans* oratio, *portum* & exitum haud inveniet—

Platonem ipſum audite—quem equidem cum lego, cœleſti quodam numine ac oraculo inſtinctum atque impulſum, (qui *rapi* potius in altum quam *aſſurgere* videtur) ita tangor, rapior, accendor, ut oblitus ipſe *mei* ſequar, & quod *ipſe* fieri à Bacchi ſacerdotibus cum à Deo impelluntur, in *Ione* ſuo ait, ipſe *mel* ex aqua videar haurire ——— *Heinſ.*

In cujus ſcriptis omnibus ac ſingulis propemodum orationis partibus, præter ubertatem, ac prodigioſam quandam copiam, vim ac ſublimitatem in dicendo, tot *urbanitates*, tot lepores, tot feſtivitatis paſſim, ac *Gratiæ* occurrunt, ut cum *Græci*, tribus non plures eſſe finxerint, *mille* in ſingulis *illius* ſermonibus notare *mihi* videar ——— *Heinſ.* Sic apud *Platonem* legimus.

——— In *illius* autem lectione, tanquam in beatis *inſulis*, inuſitata quadam voluptate *ebrii*, ac quibuſdam quaſi immortalium *Deorum* condimentis delibuti verſantur ——— Quæ enim *ille* ſenſuum oblectamenta, quas illecebras omiſit? quos non laqueos, ac elegantiarum retia *lectoribus* objecit?

——— Ariſtophane autore ſummo, & quem tot tantiſque laudibus vetuſtas extulit, qui omnes *Athenarum* veneres, feſtivitatis ac *gratias* prope exhauſiſſe creditur ———

——— At-

——— Atque id quidem ex verbis Terentiani *Chereæ*, videre eſt, qui ———

De *his* autem teſtis abunde magnus eſt *Ariſtoteles*, ———

Sed *Medicorum* placita conſulat velim, qui verbis noſtris fidem præbere detrectat.

———— Sed præſtiterit fortaſſis in re tanta, Muſas ex *Helicone* accerſere, quas Poëtæ ſæpius ob meras nugas advocare ſolent : Adeſte igitur pauliſper *Iovis* hic filiæ, dum oſtendo ———

Quæro abs te moderatiſſime *Cato*, à te doctiſſime *Plutarche*; quid *vobis* de hac re videatur? profecto ſi *veſtram* æquitatem, atque prudentiam recte cognoverim, ———

O divinam *Platonis* ſententiam, ipſoque *auro* magis auream!

Antiquorum ſuffragia deſideratis? en igitur *vobis* tenuem *manipulum*, quaſi è ſpecilegio quodam feliciori; ex *Hiſtoricorum*, & *Philoſophorum latifundiis*; omnes enim *opinionis* noſtræ *anteſignanos* in hac *arena* ſuccenturiandos, operæ-pretiam non eſſe exiſtimo : *neminem* igitur volo *quin te* unum (Virgili) qui tuum *ultroneus* apponis *calculum*, & ſi hæc ad *manes* tuos pervenerint uſpiam, dic quæſo quid in hac re ſenſeris, num ———

Prodeunt hic *multi* inſignes *Philoſophi*, quorum gregem in *ſcenam* cogere, quid eſſet aliud, quam *inanes tragœdias* excitare? ruminate illud *Ariſtotelicum* ———

Neque eſt, quod oratorum *fores* hic pulſemus *domeſticatim*; occurrit en *nobis* obviam Cicero—ita magnum illud ſapientiæ humanæ miraculum, & oraculum *Solomon* cœli diſcipulus, orbis univerſi magiſter nos monefacit ———

Surgat igitur aliquis ex univerſo Philoſophorum *cœnobio*, qui vobis de inexputabili *doctrinæ* utilitate *concionetur*, quique mentes veſtras nectarea

ctare, ſuæ *Suadæ* ſuavitate, *inebriare* poſſit?

Reviviſcas tu *Theophraſte*, eloquere, ut hi te capiant; quid ais? dicas *bona fide*, num tu per *diurnos* labores, *nocturnas* lucubrationes, ad tantum tam *ſtupendæ* doctrinæ *faſtigium* non emerſeris?

Præſentiſſimum hoc tempore eruditionis numen, in quo virtus & natura vel congeſſit quicquid poteſt, vel exhauſit.

—Non tam hominem profecto quam cœleſtem aliquem *virtutis* genium audire videor, qui—

Quod apud Plautum eſt.

—Ubertim huc confluunt—

Teſtor *Galenum*, eruditionis latifundium, oceanum diſciplinarum, omnium ingenuarum artium commune quaſi receptaculum—

Quid eſt *homo*? ſomnium umbræ reſpondebit *Pindarus*. Quid eſt *homo*? ſimulacrum quoddam, dicet *Sophocles*. Quid eſt *homo*? ipſa calamitas, dicet *Herodotus*. Quid eſt *homo*? occaſio miſeriarum, dicet *Philemon*. Quid eſt *homo*? folium caducum, dicet *Homerus*. Quid eſt *homo*? imbecillitatis exemplum, temporis ſpolium, luſus fortunæ, mutationis imago, invidiæ & calamitatis trutina, præter *illa* nihil aliud niſi pituitæ aliquantulum & bilis, dicet & jam olim dixit *Ariſtoteles*. Hoc ſive animal, ſive monſtrum potius, cujus totus orbis ambitionem non capit, fletu ſpectatorem ſalutat, neque *oratione* primas agit partes, ſed lacrymis—*Heinſ. orat.* 22.

Homo eſt *oratio*, cujus *exordium* eſt *naſci*; *Narratio*, dolere; *Epilogus*, mori: orationis hujus *figuræ* ſunt gemitus & fletus, vel gaudium fletu deterius—

—Tanto antiquitatis flumine quis ſanus contra velit natare? cum receptum ſit inter *veteres* (ut ſciſtis modo—

Mavultis ſacra? eo ſequor—

Praxi

Praxis veterum appareat contra venit——
——Ut verum appareat *Saluſtianum* illud, *——concordia parvæ res creſcunt*, diſcordia maximæ dilabuntur——Quid ego nunc commemorem? Sileo hic——Sileo etiam——

Vel ut Ariſtophanicis *illos* deſcribam verbis——Cæterum, ne ex tanta ſegete nulla omnino, aut *infœcunda* ſaltem, meſſis fiat; *ſpicas* aliquot gravidas, *fructuſque* ſelectos colligam; quid enim aliud quam quod ego jam *dico*, *dicturum* remini *Ariſtophanem*, ſi inter *vivos* jam ſupereſſet?——

Myriades hic occurrunt *veteranorum*, è Muſarum *caſtris*, qui *agmina* noſtris *ſua* juncturi ſunt; parum etenim in legendis *veteribus* profecit *ille*, qui hoc non novit apud *eos* tritiſſimum; Ehodum tu *Iſocrates*, dic quæſo ingenue——

Quos omnes ſi non vere, ſaltem fere, noſtras hic partes agere dicas——

Sed ut *fluenta* veterum, in unum quaſi *rivulum* contraham, en vobis *Ariſtophanem*; ſin mavultis *Senecam*, illum etiam ad hanc *Spartam* propugnandam *evocabo*, ſi liceat *illi*, bona cum veſtra *venia*, libere loqui.

Nec de paucorum ſolummodo *racemis vindemiam* facio; imo *Senatus antiquorum* univerſus, huic ſententiæ *ſuffragatur*; audite *tubam* Philoſophorum omnium, quorum *Echo* nil magis ingeminat, quam——

Noſtras hic partes vindicat *Plato*, ſtrenue etiam & *animoſe*; univerſa pro nobis *militat antiquitas*; quid tu *Socrates*? annon *tu* hoc teſtaberis mecum ô *Demoſthenes*? novi te velle——

Sed *Socratem* audite *(mei condiſcipuli!)* hiſce vos verbis compellantem: "*Macti eſtote virtute adoleſcentuli, pergite & obnixe contendite in addiſcendis literis: Quid animi vobis eſſe dicam, quod uſque adeo ſegnes eſtis, in Helicona verſus conficiendo iter? num*

" *num viam metuitis ? num pericula extimescitis?*
" *profecto cum ratione insanitis, si leviculas istas re-*
" *moras in hoc tam laudabili cursu vobis objici patie-*
" *mini* ——

Huc respexisse videtur *Horatius*, Musarum ille *amanuensis* cum in hæc proruperit verba ——

Sed qua de re *autoritatis* chiliadas hic attexerem? cum *mille* vix sufficient *ami*, ad *illos* commemorandos, qui in hac re *dextram* porrigunt, *opemque* nobis pollicentur suam ——

Si *Cicero* ille eloquentiæ *parens* (quem ut rhetorum *Deum* admiratur posteritas) in hoc vos alloqueretur cœtu, annon *ipsius* dictis obsequeremini? nunc igitur *illum* hoc *vos* alloquentem modo audiatis placide ——

Sed *antiquitatis* panoplia, *autoritatis* clypeo armati sumus, contra impetuosum *stolidorum* insultum ——

Patres, & *proceres* in Philosophia ibam consultum, ex eorum *exlo*, stellas deduxi *opinionis* suæ, (non *magico* tamen murmure) ex eorum *fontibus*, ad *hortulum* hunc meum *irrigandum*, amnes *derivavi*; qui omnes, *pleno* suffragiorum, & *consensus flumine* expansisque *carbasis* in nostram hanc deferuntur sententiam ——

Verum & *Tullius*, qui in arce eloquentiæ *Romanæ* stetit, rex *Oratorum*, & linguæ *Latinæ* illustrator ——

Cur igitur non utar *Ennianis* verbis?

Quod si *morientium* verba, altius solent insidere auribus; altis insideant mentium *radicibus* infixa, *morientis illius* oracula, quem si in *rostris hisce fulminantem*, dominantem, *imperantem* vidissetis, *nova* quadam putaretis donatum *anima* ——

Eandem ob causam *Plato*, apud discipulos omnes, (quasi *pater* apud *liberos*) in hæc videtur verba prorumpere: " *Desinite tandem, ô Iuvenes,*
" *desinite*

« *desinite quæso, bonas horas male collocare ; ac potius* « *universum artium liberalium oceanum uno hausiu* « *absorbete sacri librorum heluones* ? Quæ si *ille* usitata *vocis, vultusque* acerbitate *fulminasset* credo sane, vel *lupos*, vel *tigres* leniturum, saxa ipsa & *rupes* permoturum—

Horatius delicium illud *Mæcenatis*, & Romanæ fidicen lyræ, qui inter *lyricos sublimi vertice vates*, sydera summa ferit—

Quæ sententia, *numinis* judicio probata fuisse, priscis seculis creditur—

Vultis *testimonia* ? en *vobis* Apollinis ipsius *oraculum* ; qui—

Te *M. Tullium* (*eloquentium prudentissimum, prudentium eloquentissimum*) *testor*, obtestor *testem* ; eloquere quæso, *audacter* dicito, mavin' ut ego dicam pro *te* ?

Sed Philosophorum *fores* ostiatim *pultemus* ; ac quid in hac re *antiquitas* senserit indagemus : ex quorum *uberibus*, dulcissimum *veritatis* hujusce *nectar* exugatis,

Audite *Menandrum*, cujus *aureum* hoc est, de *eruditione*, encomium—

Sed ab hoc *rivo*, vos ad ipsam *scaturiginem* jam ablego, *fontes* tantum *digito* demonstrans ubi *pleniores* Poëtarum, & Oratorum *haustus* capiatis—

Sed quorsum *ego* gazophylacium tale aperirem, tot gemmas ostentarem ? ipsosmet denuo potius adite *Philosophiæ* loculos, *divites* illas Poëtarum *arculas* excutite, & *vos* (præeunte *toto* Camœnarum Charitumque *choro*) vestris subsequimini suffragiis.

Quid porro reliquum est, nisi ut rudera adeamus & fragmenta Poëtarum, Philosophorum manes excitemus, ac sciscitemur ab illis, ut, liqueat causam adversarii misere jacere—

Quorum uterque est (quod de Dionysio *Longino*

gine dixit Eunapius) βιβλιοθήκη τῆς ψυχῆς καὶ πεπατητῶν μυσῶν—Quos *ſtatores* literarum merito appelles, fugientes enim clade accepta atque oppreſſas fortiter ſtiterunt—

X Vto.

Formulæ Objiciendi.

SEd quod *fretum* non continet *Syllas*? quis *Ulyſſes* non vidit *Sirenes*? quæ *regio* non parit *centauros*? quænam adeo clara eſt *veritas*, ut ſuos non habeat *adverſarios*?

Neque enim hic deſunt *Curiones* & *Aculeones*, qui in *ipſa nive atramentum* vident; & *nobis* orationis *flumen* intercidentes obganniunt—

Atque hæc hujus *noſtræ* ſententiæ fundamenta ſunt; reliquum hujus *diſputationis*, in nonnullis *adverſæ* ſententiæ argumentis diluendis, conſumetur: ea ſunt *duorum* generum—

Sed *latet hic anguis in herba*, qui ſibilis non ſolum ſuis *nos* terrere, ſed *venenato* inſuper *aculeo* pungere cupiens, tali objectionis *cuſpide*, noſtram in calce orationem, vulnerare aggreditur—At inquies:—

Non deſunt tamen hic, qui *bellum* indicunt nobis *internecinum*, inflata *obſtrepantes* tuba, quorum bellici clangores reſonant jam in *auribus*; qui noſtram hanc *veritatem*, ſuis *arietibus*, hunc in modum *quatere* conantur, licet nequeant *quaſſare* funditus:

Perſ. Sat. 1. In quibus, ſi *teſticuli vena ulla paterni, deſcendant*, ut in hac arena, pro hac *Helena* (qua potiri tantopere cupiunt) *digladiemur*, me equidem in mille potius *diſcerpi* partes patiar, quam—

Sed *aurem mihi vellit Genius meus*; & obſtrepe-

ras

ras ait esse quorundam voces, qui *solem meridie splendere* vel negat, vel *non vident*; & ab *inferis Cerberum* extrahunt, qui *trifauci gutture* adversus tam cœlestem *veritatem* allatraret: utcunque virulento *halitu* necare nequeat—

Sed dicat aliquis—

Miretur autem aliquis—

Quanquam verum esse etiam illud, quod *Fabius* monet, non diffiteor:—

In secretas *vestras* uniuscujusque aures adversarium audio *insusurrantem*, quod—

—Miramur hinc, & Homeri verbo, ἔκπαγλα miramur, quosdam esse *fungos*, quibus *frons* tam infrunita, *mens* tam obtusa, ut an *eruditio* omne ferat punctum, & *album* mereatur *calculum*, ambigunt. Occinunt enim *meros scholasticos esse meros asinos*—eruditos esse—

—Quibus succenturiari accedunt— & quæ obscuris muffitat in angulis *nebulonum* colluvies—

—Prosiliunt *hic* quasi ex insidiis alii, qui— obnixius convellunt sententiam nostram—ut ab acumine captent plausum, & ex *mustaceo* aureolam—

Obstrepant, obganniant, oblatrent primipili inter—quibus frontem de rebus hac in causa, penitus periisse jures—

Neque adeo clam me est, futuros complures, qui *ex his* quædam *curiosius* à me disputata occinent—præfractius urgentes—

Subjiciamus autem hic (si placet) *objectiones* adversariorum, ut tanquam *Æthiopes* jubeant nostrates, *Europæos* apparere candidiores—

Occlamant hic petulci—*qui nigra in candida vertunt*—Juven. Sat. 3.—Et cæteri ex recentiore colluvie—

Sed antequam à *mari* hoc, in *arenam* diu optatam

tam *prosilio*, audire mihi videor, tacitos *multorum* susurros, qui mussitant, *me* novas *spargere voces*, novas Philosophiæ *merces nundinari*; quorum ego labiis, si paucula mihi permittatis, *pessulum dabo*, atque *ora obturabo* illico ———

——— qui (ut *Africa*) gestiunt semper aliquid apportare novi cum *his*, in partes abiere ———

——— Recoquunt *hic* cramben suam putidam adversæ opinionis proxinetæ ———

——— Compositi videbantur *fluctus*, sed ecce adversarius, velut alter *Æolus* ventos rursus immittit, ut fundamento ipso convulso, nihil integrum in hac re maneat ———

Suboriuntur autem hic novi scrupuli ———

Hæc ——— adversus nostram sententiam ——— rabidi canes latrant ———

——— At hic rursus obganniunt mihi *οἱ ὀκτὼ σοφῶς βάτραχοι*, nihil *inquiunt* miserius quam ———

——— Hosce scopulos prætervecti, in alium contentionis labyrinthum dilabimur ——— tot verborum involucris, ceu viarum anfractibus, & sinuosis Mæandris undique implicitam ———

Obstrepant hic *nobis Momorum* greges & *balatronum*, nugarum architecti, *profligati* scilicet *nebulones*, qui sententiæ hujus *claritatem*, cum non possint *offuscare*, risu demum & scommate solent excipere ———

Susurravit mihi nuper in *aurem Genius* meus, mihi in hac re obganire *ganeones* (nescio quot) & *terræ filios*, qui suam in nos eructantes virulentiam, aiunt ———

Bubonizant hic nobis, vociferantur; imo vero grunniunt *Epicuri de grege porci*, viam ad *Helicona* tanquam salebrosam *vellicant*, adeoque magnam *vertiginem* in Athenarum *capite* ciere student, ut impetum *retundant* studiorum vestrorum, tam laudabilem.

Coaxant

Coaxant (ranuncularum inſtar) rancidi *nebulones*, ex tenebricoſis *ignorantiæ* ſuæ cavernis ——

Ita diſponenda igitur eſt hodie noſtra velificatio, ut non prius de *Inſulis* fortunatis quam de *Scylla* aut *Charybdi* cogitemus ——

—— Multi ſunt *Auditores*, multi ſunt hujus ſurſuris, (nec enim *farinæ* dicere poſſum) homines paſſim, qui ——

Sic autem contra *nos* inſurgunt *adverſarii*, noſtræ aſſertioni contradicentes; *noſque* è veſtigio *Horatii* autoritate, tanquam *clava* aliqua *Herculea*, conantur *proſternere* ——

Subodoror hic, quid objecturi ſunt *adverſarii*, perfrictæ frontis homunciones, quibus *ſanguinis in facie non hæret gutta* ——

Sed tacitos audio, neſcio quos, ſuſurros, & *ſecretam gannit in aurem* cohors adverſa, qui *armis & parmis, arte & Marte* nos adoriuntur, quaſique tot crudeles *Harpyiæ*, cruentatis unguibus, in *iſtius* (quam *ego* jam propugno) *veritatis faciem* confertim *involant*.

Quod ſi quis fortaſſe *Philoſophaſter* objiciat——

Sed *ulcus* video, quod latet altius, in imis quorundam *præcordiis*, —— quod *acutæ* confutationis *acu*, cum facile pupugerim ——

Aliquem autem audio refragantem *Criticum*, qui (ceu *malus aliquis Genius*, à dorſo nobis & quaſi humeris inhærens) umbris *nos* ſuis ſub *torvo aſpectu* exhibitis examinare cupit ——

At non deſunt, qui *ipſam* hanc tam manifeſtam *veritatem allatrare* non verecundantur; & non modo ultra *modum*, ſed ultra *modeſtiam*, ad *ravim* uſque contra *declamant* (exclamant potius,) pauca igitur ſunt dicenda, ad horum *pertinaciam* retundendam, qui alioqui *nobis* forſan inſultarent intemperantius.

Fateor equidem, hic *mihi hærere aquam*: de hac enim

enim re, *conteſtata* inter multos *lis* eſt, ſed nulli etiamnum adjudicata; quantum autem *ingenii* mei *decempeda* attingere poſſum, exiſtimo —

Sed en *araneas*, quæ ex ſuaviſſimis *floribus exugunt venenum*, quæ *telam* & *filum* ſubtilioris objectionis texunt, ut *ſimplicem veritatem* tendiculis ſuis *implicatam* reddant & perplexam.

Sed *Decumanos* hîc, in noſtram hanc *cymbam* (priuſquam *portum* appulerit) ciet *fluctus*, meæque opinionis *veritati*, *præſentem intentat mortem*, furibundus *adverſæ* partis *Æolus*—

Scio equidem *incudem* Minervæ ſubtilium objectionum *malleolis*, multum hic *contundi*; nec enim deſunt, qui non *modio* ſolum, ſed *trimodio*, imo ipſo *horreo*, (quod horreo dicere) maximas hac in re *nobis* admetiuntur nugas —

Inſurgit hic animoſe, *cataphracta* adverſæ partis *cohors*, & *nudam* hanc *veritatem*, evaginato *objectionis* adoritur *gladio*; eamque expanſis *ſignis* in *aciem* laceſſit.

Nec *temperat* ſe hic, à nobis, multorum *intemperies*; quorum *voculas* jam audio; *morſiunculas* præſentio; ſed *morus* ego, ſi horum *morer* moroſitatem, tametſi *auſteritate* pene *Stoica*, dejicere opinioni noſtræ *frontem* conentur —

Atque hic in *Labyrinthum*, neſcio quem inducor, à quo ut me *honeſtius* expediam—

—Hæc ſi vera ſint, ac pietatis plena, quid eſt quod obrudant onagri—

——Utcunque autem intumeſcunt adverſariorum *ſtyres*, pungas tamen *illos* (ut oportet) & ſentias cito flaccefcere.

Sed tamen inveniuntur aliqui, tanta inveteratę frontis duritia, tanta impudentiæ incude, tam adamantinę pertinacię, qui tantis eloquiorum cœleſtium molibus non ſuccumbant, tantis ponderibus non fatiſcant, tantis malleis non conquaſſentur,

sentur, tantis postremo *fulminibus* non conteran-tur—

At quorsum hæc, *inquiet aliquis*, audite quo rem deducamus—

—Sed mihi videor audire reclamantes philosophos—

Alium, ac fortasse validum magis arietem intorquent alii—

Atqui necdum res est *expedita*; nam *Hydræ* veluti *Lernææ* resumunt capitu, & novo *objectionis* aculeo, nos conantur vulnerare.

Sed priusquam ad *Insulas* epilogi *fortunatas* deseror; en *Scylla* & *Charibdis* præternaviganda est—

Restat tamen unus, nec dignus vindice nodus

Sed hic (*foribus* quasi *ruptis*) furentius in *campum* prosiliunt *Antagonistæ*, & quasi *fulminis* ictu, nos è vestigio *pessundare* satagunt—

Sed hic *cicuta venefica* extirpanda venit, & *Hydra* dubiorum *multiceps*, enecanda—

Sed ut *rosa* non nascitur sine *spinis*, ut *scoriæ* cum *auro*, *palea* cum *grano* succrescit; ita & *hæc veritas suam* habet *spinam*, *scoriam*, *paleam*, quæ *exui*, *exuri*, *excuti*, vel ipso adversario strenue renitente debet.

Sed (en!) *accinctus* undique *antagonista*, pharetram *telis* refertissimam, in hanc *arenam* portans procedit, ut—

Cumque *ego* inopinus, inciderim tandem, in istas *Syrtes*, ubi natant *Piratæ*, *qui sub ementito* veritatis *vexillo*, causam nostram ad scopulos allisam cupiunt: ego unum in *illos* bombardicorum *classicum globulorum*, displosurus sum, ut—

Formulæ

XVIto.

Formulæ Confutandi.

QUorum *ego* inſaniam non ſum neſcius quam facile, quam nullo negotio liceret mihi compeſcere, cum *Synodo* Philoſophorum, dudum *convicti* fuerint.

O myſteria! O *Oracula!* deſunt latera quibus exclamem; an potius, *O paleæ, ô ſtipulæ! ſtipulæ!* quæ primum non ferunt ignem *examinis*, palez *quæ* volant inſtar pulveris ———

O genus hominum inſulſum! quibus *helleborum* porrigendum, ut purgato cerebro delirare deſinant———

Saniorem precor adverſario animum, ne *valetudine* abutatur in ſcribendis ægris operibus—& hujuſmodi opinionum monſtris parturiendis—

O inſulſi *nebulones*, ubi *frons* veſtra? ubi *rationis* uſus? *vos* omnes exſilio pulſos, miſeros ſimul vectores, ad Anticyram ablegandos curabimus, ut hauſto *veratro*, mente ipſi redeatis meliores———

Nodum hunc paulo nimis *intricatum* quidem, non tamen *Gordium* illum exiſtimo, ut opus ſit vel *Oedipo*, qui diſſolvat; vel *Alexandro*, qui diſcindat; cogitate enim———

Sed *cui non dictus Hylas*? quis hanc non novit tritiſſimam *cavillam*, & *litem*, quæ omnia fere ſatigavit *tribunalia*? clarior tamen nobis effulget *Phœbus*, quam ut *nebulæ* iſtæ *veritatem* nobis obfuſcare poſſint.

Sed ut adverſus *Solis* radios glacies, in tumultuante Borea craſſus vapor, præ meridiana luce nocturnus horror, nequit conſiſtere—ita———

——— Stul-

—Stultiſſima ſunt *hæc*, & ad quæ ridenda non unus ſufficiat *Democritus*—

—Non autem præteriit *te* quam frigida hæc veterum ſint exempla, & quam minime multos inflamment—

Quis enim ita perverſi genii, qui mecum ultroneus non fateatur, Philoſophorum principi, ut *homini*, multa falſa & erronea: ut *Ethnico* & pagano, multa impia & profana; ut primo *inſtauratori*, multa manca & imperfecta, excidiſſe?

—Sed bullæ ſunt iſtæ, tenuiſſimorum flatuum, quas *pueri* facile diſſipent—nec titivilitii æſtimandæ—

Devictis hiſce adverſariis in *tuto* mox, ne dicam in triumpho, erit ſententia noſtra—

Non obſtat tamen *hæc* tragula quam injiciunt noſtro progreſſui quidam pugnacis ingenii pruritu laborantes, qui in his temporum ulceribus—

—Veriſſimum enim eſt (quocunque adverſarius meus oblatret modo) ———

—Portentoſa planè dogmata!

—Sed ut nervi *invidiæ*, ac poplites tanquam gladio quodam, & acutiſſimo mucrone, ſuccidantur; ut *calumniæ* jugulus petatur, quæ ut bellua immanis ac cruenta, adhuc cineres *extincti* & oſſa invadit—

———Sed vetus eſt hæc *aſinorum* coccyſmus, qui ſuo cerebello de *hujus* partu ambitioſe gratulantur—

—Sane vindice cuneo, nodus digniſſimus!

Hiſce enim neceſſe habeo reſpondere, antequam de hac tabula manum poſſim amovere, aut auferre—

At quam frivolum *hoc* ſit argumentum quis non intelligit? niſi qui intelligit nihil, cum eodem argumento mihi liceat uti in *vinum*—

Ecquid habent quod apponant amplius?

Quamvis igitur grandis auctoritatis sint & eloquentiæ, & ipsorum umbra nos opprimat, qui ——Nos tamen magis ——

——Neque est cur me patiar in hac causa *Aristotelis* tui autoritate urgeri; quem ——

Sed *prudentibus*, non tam placent *phalerata*, quam *fortia*; in hac igitur ne *vos* hæreatis *hæresi*, cogitare placeat: ——

Contra quem, impetuosum Adversarii mei insultum, en ego oppono hoc Ajaceum veræ defensionis clypeum ——

Dicite enim *nobis*, quicunque estis, & ubicunque estis, emunctioris *naris* censores, unde fit quod ——

——Quamquam quid horum probatione opus est? quandoquidem nemo fere est, tam muccosis naribus (modo non sensus suos prorsus obstruat) cui non suboleat, imo qui non eas legendo plane odoretur, & persentiscat has fabulas à male feriatis hominibus audaciter esse confictas ——

——Hos autem, rixandi cacoëthes ita transversos abripuit——Exclamet *Melicerta* periisse Frontem de rebus —— Nec est adeo opus insanas has opiniones magna probationum mole confundere ——

Pudeat igitur tandem istos *asinos* rudere inter *homines* rationis compotes —— Quid si etiam *illis* largiremur quod petunt, quo tandem jure, obsecro, comprobabunt——

——Eant igitur *Antagonistæ* nostri, & cum de *antiquitate* agitur, nos (ut solent) *Novatores* appellitent——quin ipsi interim *veteratores* habeantur——

——Telæ sunt *istæ* araneatum, ad capiendas muscas, quas volatilia robustiora facile perrumpant ac dissipent——

——At tales fere flaccescunt priusquam pungas

gas *ituræ*, & in ipso aspectu extinguuntur, ut *meteora*——.

——Facillime everrenda sunt à nobis istarum aranearum stamina——.

——Neque operæ futurum est pretium *huic* spectro vere *stramineo*, larvam detrahere——.

——A nobis vero apage malevolentiam, & veros istos canes, qui cum loqui possunt, allatrare omnes malunt.

——Hæc vero tam effronti ore sic effutire vertiginosi est cerebelli, ad Anticyras potius relegandi——.

——Et sapientiam quam capere non possunt carpere desistant——aut faciunt ut *illæ* olim apud Poëtam, quæ *Purpureos moritura manu discindit amictus*, Et nodum informis *lethi* trabe nectit ab alta,——.

——Utrum hæc Achillea sit oratio, necne, deinceps apparebit——.

At si cedere velimus, (quod sub judice jam est) ——quid tum——.

Vide quas in *angustias* te conjiciam, si neges, tibi pudorem injiciet reluctans *conscientia*: si neges, tua *vox*, qua nectis tergiversationem, hærebit——.

——Anguis sis quantumvis lubricus, non tamen effugies——.

Longe idcirco de vicinia *veritatis* errant, proculdubio illi qui——.

Equidem si varios de hac *veritate* errores, vel enumerare duntaxat velim, finem nullum nostra *reperiet* oratio; verum si velim eos *refutare*——.

Graphica cavillatio! cur non vociferantur etiam——.

Sed *Mithridaticam* hanc (si placet) *antidotum*, contra *venenatas* hasce pestiferi erroris *tabes accipite*——.

Istarum *aranearum* stamina, vel tenuissimus quidem sanæ rationis *halitus* difflabat *facile*. & meridiano *sole* micantiorem agnoscent, hanc *veritatem*, vel *lemæ* (quod aiunt) *Saturniæ*—

Sed quorsum ego *hæc* recito? *quorsum*? ut scilicet clarius *effulgeat* divinæ hujus veritatis *Phœbus*, & stultitia *adversariorum* innotescat magis, qui *rixis* inanibus intumescentes, lateribus *Milonis*, clamore *Stentoris*, ænea *fronte*, voce ferrea, plumbea *mente*, ligneis *argumentis*, contrariam sententiam non verentur astruere:—

Sed hæc adeo sunt *infirma*, ut etiam non admoto *ariete*, per se *collabi necessum* fuerit.

Video jam, ex parvulo ovo *Crocodilum* nasciturum; ex minima oblata *ansa*, adversæ opinionis *patronos*, in nudam *veritatis* faciem, velle ferocius *involare*, quorum animis altius defixi *furores*, cum *deferbuerint*, non vereor, quin—

Qui de literis & Musis ipsis, perinde judicant, ac *cuculi* de musica *Philomelæ*—

Sed ut *verecundam* veritatis *faciem*, à *cerussata meretriciæ* fraudis *fronte*, distinguatis; sciendum est:—

In quos *Aristophanis* illud, retorquere hic possum, cum ex mera pervicacia huic refragentur veritati, aientes, ἡμᾶς ὁ πείσεις, ὧδὲ ἂν πείσῃς, ᾧ ταῦτα μὴ ᾧ ταῦτα—

Adeone vero? omnem, omnino *exuerunt* mortales *frontem*? *huccine rerum venimus*, ut ubicunq; omnes in hac mundi *caniitie*, in hoc literarum *meridie*, adeo *cæcutirent* perverse? *scuticis* mehercule digni sunt, qui *inventis* frugibus *glandes* arrodere malunt, & in teterrimo *errore* contabescere, quam—

Quam ego tuam facillime defabricabo fabricam—

Helleboti vix *jugere*, sanabilem opinarer *illum*,

lum, qui talia nobis defenderet ſerio——

Adnitendum mihi hic eſſe video, ut convitiorum amariſſimam *labem*, verborum veracium *flumine* diluerem——

Quos nunc non *refello*, & adhæſiſſe olim *me ſcio*, paulo juvenilius, donec repreſſit & revocavit *maturioris* judicii frænum, *Lipſ.*——

——Nemo puto diffitebitur qui mentem in fronte non habuerit——

Cæterum iſthæc tuæ *Sibyllæ foliâ*, uno rationis *flatu* diſſipabo; num expectas dum te *ſtimulis* fodiam? noſtra *te*, ſi quam ſenſus habeas ſcintillulam, lacerabit & *cruentabit* oratio; *pudet* me ſane *malitiæ* tuæ; ſed inſcitiæ *miſeret* magis: hoc unum à te ſcire pervelim, num? perfrica *frontem*, & aude negare——

Obruit eos ex hac parte Philoſophorum veneranda phalanx, ſed & Poëtarum non contemnendus exercitus——

Sed ut ex hoc *Labyrintho* nos extricemus, *Ariadneo* hic non opus eſt *filo*, iſtorum enim *importunitati* ſatisfactum iri putabo, ſi——

Qui quamvis tot taleſque tetrrimi *erroris angues*, & venenoſas ex *nigro* malitiæ *gutture*, evomunt aſpides; illas tamen *ego* (ut *infans* olim in cunis *Hercules*) uno, ſolidæ reſponſionis, arctiori *compreſſu*, protinus ſuffocatas dabo——

Sed nos ex horum *viſco*, & muſcoſo dicendi genere facile emergemus; ipſoſque *propriis* conſtrictos *laqueis* dabimus; ut *liquido* conſtet, faſtidioſa & proterva nimis eorum *inſultatio*——

Suo ſe hic conſtringet laqueo adverſarius meus, qui——

Poteſtne *ipſa* (vel effrons) *impudentia*, ita *omnem* exuere *frontem*?

Quorum *ego* tam inſolentem *petulantiam*, paucis *retundens*, faciam ut (*limacis* inſtar) cornua

intus retrahant, & quem aperte oſtentant, ſuapte ſponte ipſi ſibi evellant aculeum—

Cæteros ejuſdem decuriæ pugiles—

Iſtos autem *ego* Scarabeorum *fuſos*, diſpellam facile, *plumbea* adverſariorum *tela*, haſtaſque *junceas*, intactus excipiam.

Sed *has* ego objectionum *fibras*, ne uſquam *repullulent radicitus extirpabo*, faces *extinguam*, ne reviviſcant; nam *turpe exiſtimo* (ut olim *Phaëton*) *in veritatem*, hæc *& dici potuiſſe*, *& non potuiſſe refelli: dic* igitur, *(mi Antagoniſta) dic*, inquam, *qua Tiſiphone*, *quibus exagitare colubris*, *ut*—

Cramben hanc, non *bis* modo, ſed *millies* recoctam, ne *Polyphemi* quidem *ſtomachus* ferendo erit: proinde nolim *ego*, veſtrarum *aurium* reverentiam, hiſce *crepundiis* inceſtare; *quæ* Philoſophorum concilium ne per *ſomnium* unquam noverit—faceſſant igitur—

—Cum tamen hic nodus uno hoc diſtinctionis quaſi cuneo facile diſcindatur—nam diſconvenit ordine toto—

—Prætextus ergo hoſce, quos ſibi tanquam larvas induxerunt, illis detraximus, ut vultus eorum deformes horridique appareant—

Sed *latrent* adverſarii, *fremant* otioſi, *rideant* malevoli; at *vincet* tandem *veritas*; Veritas ut *palma*, quo magis *deprimitur*, eo magis *renititur*; eo *creſcit* uberius, quanto *premitur* inſolentius; obſcurant ſæpe *ſolem* caligines, ſed diſſipantur; franguntur *rami aurei* Proſerpinæ ſed renaſcuntur; *veritas premi poteſt*, *opprimi non poteſt*—

Sed ne *ſolis* quidem *lumen*, cæco jucundum eſt; ſaluberrima *pharmaca*, ab imperitis conculcantur; pretioſiſſimæ *gemmæ*, ab Æſopicis *gallis* negliguntur :---quod ſi *vos* recta *judicii* ſtatera, & non inanium opinionum *trutina*, rem *ponderetis*, nihil eſſe cui *eruditio* meritiſſime non præferatur,

feratur, & clare videbitis, & agnoſcitis candide.

Submittas itaque *arma*, & *inſignia* iſta tua, jactabunde agitata & *explicata*; cur *ego* te porro percuſſum, jacentemque repetam? *tibi* enim *ingratiis*, palmam obtinebit *doctrina*, *rumpantur ut ilia Codro*, triumphabit *veritas*.

Hæc qui recte *perpenderit*, *cæcus* ſit, ſi non videat; *ferreus*, ſi non aſſentiat; ſi non permoveatur & molleſcat, *ſaxeum* eum eſſe, & omnem omnio humanitatem *exuiſſe*, judico.

Malevolus igitur & pertinaces homunculos, qui veritatem non agnoſcent, quorum palato, *betæ* putidiſſimi erroris *ſapiunt*, *ego* ut ingenue fateor (quod *Alyattem* illum, facere jubebat olim *Bias*) *cepas* quoque *edere jubeo*.

Nemo igitur ſit, in quo vel minima eſt *ſanæ mentis* mica, qui explodenda hæc *fanaticorum ſomnia*, & deliramenta non contemnat; nugas iſtas non *faſtidiat*, quas inter ſua *pocula*, effrontes *nebulones* temulento animo *exhalent*, & oratorum ſpatia tam fœtidis argumentorum offulis ſolent convomere.

Qualia credibile eſt rictu ructaſſe *triſauci*
Cerberon, & Stygii *monſtra tremenda* lacus.

XVIIImo.

Formulæ Concludendi.

QUamobrem ne—
Hæc ita cum ſe habeant—
Verbum ſat—
Quæ cum ita ſint—
Quocirca ne longus ſim—
Sed manum de tabula—
Satis jam diu tædii devoraſtis ſcio in—

Idcirco ut *imo* omnia comprehendam *manipulo*, dico cum Poëta. ——

Et jam *onus* hoc, humeris quanquam imparibus *impositum*, ad metam *detuli*, ubi tanquam precioſam gemmarum *ciſtam*, veſtris ego coram animi oculis cuſtodiendam depono diligenter. ——

-- Horunce vero hominum pertinaciæ ſatisfacere quis poteſt, quibus neque *Suadam* ipſis aliud perſuaſuram putem ——

Verbo abſolvam quod ſupereſt ——

Quis jam niſi *cerebrum* habeat in *calcaneis*, hinc non judicare poteſt; ——

Non eſt mihi in præſentia decretum, compilare ſcrinia *Poetarum*, nec ea perſequi, quæ à doctiſſimis hominibus dici ſolent, ad reprimendam furialem vim *iracundiæ*: nam nec modum haberet oratio, nec ——

---Sed nunc ut extrema cum primis conexam ——

Quod cum ita *perſpicuum eſt*, *neceſſe* omnino fuerit, ut qui neget, ſanæ vix *eum* mentis exiſtimetis.

Sed enim quis harum rerum varietatem fando percenſeat? quotus enim quiſque homo eſt adeo —— qui ——

Et ut uno verbo dicam.

Quis adeo in ſpiſſis ceſpitavit tenebris, ut non fateatur ——

Appellit (*Auditores!*) jam tandem *appellit portum feſſa mea carina*, quæ gratulatur *vobis* plurimum, *ſerenum* (quem ſenſit) veſtri *favoris Zephyrum*; laxandi jam *rudentes*, complicanda *carbaſa*; & cum *ſcopulos infortunii* prætervectus ſim, videamque jam *altas in littore turres*, & domorum è longinquo *faſtigia*; tam *ſecundo* patientiſſimæ attentionis veſtræ, *Neptuno*; hoc in *littore*, his in *aris litandum* eſſe, cum *Gratiis*, puto, cum tandem

dem, *optata mea cymba potitur arena* ——

Sed ut omnia hæc in *unum* jam connectam, & conſtringam *faſciculum* ——

Sed quid *ego*, poſt tot tantorumque virorum *meſſem* hæc ſpicilegia?

Cujus ſententiæ veritas cum ita manifeſta appareat, ut *ſolis radio* ſcripta videatur; non eſt cur ——

—Sed non eſt hujus *ingenii* mei, non eſt *virium* harum infirmiſſimarum, tantum *Solem* laudibus prædicare, *adorare* poſſum, exornare non poſſum ——

Cujus rei *veritas*, pene totius mundi judicio, ac *teſtimonio* comprobata, longiorem orationem non deſiderat.

Quæ cum ita ſint, eſtne aliquis vel tantæ *audaciæ*, qui præter id quod apud—vel tantæ *levitatis*, qui ——

—Clamet, & repetendo clamet: & omnibus, & ſemper & ubique *Ariſtoteles* ille—& contra reclament ranæ quædam & cyniphes, & muſcæ morituræ—quales ſunt —— Ego tamen qua cœpit *noſtra*, oratio, veſtras obtundens aures palinodia, ſtrenue occino ——

Siquidem ſatis ſuperque à nobis jam declaratum eſt ——

Quando igitur omnem felicitatem veſtram in rebus præſentibus conſtituitis, & futuræ beatitudinis nullus *vos* tangit ardor, neque pedibus ſolum, ſed toto etiam pectore in *Sardanapali* ſententiam itis, qui ——

—Igitur ut ſummatim omnia complectar—

—Sed *Deſinet ante dies*, *& in alto Phœbus* anhelos *Æquore tinget equos*, *quam conſequar omnia dictis* ——

—Quandoquidem igitur—ut rei evidentia non tam *docet*, quam *clamat*, eccur dubitaret ali-

quis veſtrum, aut hæſitaret jam, noſtræ opinioni ſuffragarier.

Priuſquam vero perorare mihi liceat, *vos* orandi eſtis (*viri ornatiſsimi!*) ut de—deque meo erga *vos ſtudio*, ac benevolentia nonnihil atte-xam—

—Ex his quæ diximus luculentiſſime, ipſoque *ſole* clarius apparet—

Multa ad hæc ſuppetunt, ni feſtinet oratio—

Sed *Soli*, neque *indice*, neque alieno *lumine* opus eſt, ut conſpiciatur: ſic item & his haud opus eſt noſtro ſtridenti, raucoque *præconio*, ſua ſe *tuba*, ac luce quotidie produnt—

Quas Ego *Virtutes* ita admiror, & colo, ut eas omni prædicatione *ſuperiores* agnoſcam, ideoque de iis *ſilere* melius putem, quam pauca *dicere*; quemadmodum *Saluſtius* in *Carthaginis* mentionem incidens alicubi loquitur—

—Quapropter hæc cum ita ſint omnia, uti revera ſunt, *ſileant* nunc ſycophantarum convitia, *abeant* hinc procul obtrectatorum *ſcommata*, faceſſant longiſſime oblatratorum *futilitates* frivolæ; *hoc* enim ſi ineptire eſt malim *ego* cum doctis illis *viris* deſipere, quam cum his ſerio ſapere.—

—Et ut uno omnia per curram ſpiritu.—

A ſpoliis omnium, adverſi exercitus *inimicorum*, onuſtus jam tandem rediens ad *Patris* & *Triumphi* caſtra devenio, cum ſperem *me* hoc pacto cum omnibus *adverſariis*, firmas pepigiſſe *inducias*.

Quocirca, ut paulo magis *incitatis paſsibus*, noſtra ad *metam feſtinet* oratio——ſi—ſi—ſi—

Quæ omnia, ſi quis *mente* non *læva* perpendat? neceſſe habet fateri—

Deſino jam tandem, ulteriorem *vobis* moleſtiã creare, & tam patientiſſimis *animis* ciere *naũſeam*.

Sed *annus*, imo *ſeculum* mihi ferat concedendum,

dum, ſi omnium undequaque erogarem ſuffragia.

Sed *canendum receptui*, (*Deo termino* jam reclamante) ut quem *vos loquentem* faſtidioſis (ut vereor) auribus ſuſtinuiſtis diu; *tacentem*, majori cum delectatione videatis.

Cum itaque extra omnem *controverſiæ aleam*, ponatur hujus ſententiæ *veritas*; ne *ſolem*, ſereno in *cælo* ſplendentem, digito videar demonſtrare, *unicum* tantum ſuperaddam *verbulum*, *valete*, *juvenes*——

Sed in quod immenſum mare jam deſcendo? *in quam* demens efferor *Charybdim*? *O navis refer te in portum*, nimium diu in hoc *freto* fluctuavimus, plus nimio, in hac *ſentina hæſimus*——

Poſſit hic (*Auditores!*) triumphare *oratio* mea, niſi temporis anguſtias ſubvererer, & *veſtra* aurium *ſatietas* mihi eſſet fugienda; poſſit (*inquam*) *tripudiare veritas* hæc divina, præeunte univerſo *Philoſophorum & Poëtarum choro*: vos itaque vel tacitis *ſuſurris*, vel apertis *ſuffragiis* ſubſequimini acclamantes.

Quocirca ne *veſtras* aures, longa nimis *ambage morarer*, vel nauſeante prolixitate *inceſtarem*, cum abunde ſat vidiſtis comprobatum, quod—concludo.

——Cætera mitto, & facem *ſoli* accendere ſuperſedeo——

—Oratio noſtra non deficit, ſed expirat——

Sed quid ego *imbrem* in *oceanum* ſpargerem, *lucernam* in *ſole* accenderem, aut *cælo ſtellas* incaſſum adderem? Res ipſa loquitur, quod—

——Qua autem *ratione*, quave potius *oratione*, de illis differendum eſt ſigillatim, cum mihi facilius liceat *Ægeum mare viburnea ſcaphula trajicere*, quam omnes *explicare* modos omnes *indicare* rationes, quibus olim magni Philoſophi inclaruerunt? *manum igitur de tabula.*

Reſtat

Reſtat unicum, quod ſuper-adjiciam verbulum: *Dixi.*

XVIIIvo.

Concludendi per Recapitulationem.

VIdetis jam (*Auditores*) quam ſanctiſſime de *parentibus* ſenſerit *antiquitas*, quam charum fuerit *parentis* nomen, quantis paraſangis *circumforaneos* omnes & *plagoſos orbilios* exſuperent; audiviſtis quid *ego* de *parentibus* meis ſenſerim, quid protulerim, accepiſtis; apud *vos* quid taciti cogitetis, neſcio; quam *ego* hactenus opinionem *aſſerui*, ad *extremos* uſque defendam *ſpiritus*, me ſcilicet——

Quapropter, ſi quæ hactenus dixi, vera ſunt & firma ſi—— ſi—ſi—quid nunc impedit quo minus *eanam receptui*, & *eodem*, quo orſa eſt *oratio*, claudatur termino——

Perpendite igitur mecum, (*humaniſſimi auditores!*) perpendite qua ſo quales quantæque utilitates, quam locupletiſſima emolumenta, *vobis* propediem obventura ſunt, ſi *eodem*, quo dudum cœpiſtis, pergatis *pede*——

Sed quid addam *plura*? quando ſi *omnia* quæ poſſim, addidero, nunquam *orationem* meam ipſi *rei*, dignitate adæquabunt; proinde certum eſt, nil aliud quam attonitum admirari——

Cum igitur ſic ſe *res* habeat, cum——cum: veniant ſane, tam divinæ *ſententiæ* irriſores, veniant (inquam) & dicant, ſi per *frontem* liceat——

Varia hic, & fere ad *faſtidium*, uſque (ſi rei tam utilis *faſtidium* generari poſſet) occurrunt teſtimonia; ſed *farragine* illa tam *multifaria* ſupersedebimus; & Ætnam *in collem* (ut eſt in proverbio) deducemus—— Quo

Quocirca ut paulo magis incitatis paſſibus, noſtra ad metam feſtinet oratio—ſi—ſi—ſi—

Quare prodite *tenebriones* literarii, è gurguſtiis veſtris, ubi trecenta *foliorum* jugera, uno die, ſedentes, percurritis; prodite (*inquam*) &———

Quæ omnia, cum ita ſint, quis *mecum* non exclamet, *O excellentiam doctrinæ admirabilem! dignitatem literarum inexplicabilem!*

Et quid præterea loquar de *Socrate*? de *Xenophonte*? de *Ariſtotele*? & *Solone*? deficeret enim *tempus*, deficeret me *dies*, deficeret potius *patientia veſtra*, meaque ipſius vox quam ullum dicendi argumentum, ſi de *Cæſare*, de *Pompeio*, reliquiſque *heroibus* fuſius narrarem, qui omnes *plenis velis*, expanſiſque *turbaſis*, in noſtram hanc ſententiam *deferuntur*.

Sed *multa* paucis: verbum *ſapienti*; terrarum *orbem* intuemur in *tabula*: ſatis eſt hæc paucula delibaſſe; Vos ipſum adite *oceanum*, & illinc plura abundantius *exhaurite*.

Sed mitto illius *avaritiam*, mitto *fraudem*, mitto *vafritiem*, mitto etiam———

Ego jam *vobis* præguſtavi paucula, quod ſi voſmetipſi in hoc placidiſſimum *pelagus* immerſeritis, guſtabitis *Nectare* dulciora———

Sed hæc omnia *ſicco* (quod aiunt) *pede* præteribo; nihil dicam de———nihil de—ne gry. Quippe ſi in ſingulis iſtis *orationis* meæ *ſilum* protraherem, ne *milleſimam* quidem, *me*, puto eorum *partem* aſſequuturum eſſe.

Sed hæc, ut κεφάλαιον δὲ τῶν ὑπολειπομένων & *textui fimbriæ* accipite, non opus eſt enim majorem hic *attexere* congeriem; nam cum *virtus per ſe ſatis ſit amabilis ex ſe potius, quam alienis ſuffragiis amari tam optamus*———

Iſtæc ita cum ſint——cum———

Quæ ſi perſequerer minutatim ſingula: *dies* potius

potius integer mihi depoſcendus eſſet; quis enim poteſt *omnia*, in tantillo ſpatio perſtringere, cum *atomos* in ſole numero exſuperent?

—Unde, ſatis abunde claruit—

Sed jam ea quæ ſupra de memoratis breviter, dicta ſunt, renovandæ cauſa memoriæ brevius, ſtrictuſq; repetamus, quo ſcilicet & intelligantur iterata plenius, & firmius inculcata teneantur—

XIXno.

Concludendi per affectuum concitationem, Exclam. Interrogat. &c.

NIhil *vos artium* optimarum ſtudia? nihil *vos* eminentium *ſcriptorum* præcepta? nihil exempla illuſtrium *heroum*? nihil ſplendor *præmiorum*? nihil denique *parentum* vos movebit expectatio? ô *exuite* tandem, exuite (quæſo) pravam iſtam de *literis*, de *muſarum* ſacris & *aſſeclis* opinionem, & magnorum *principum*, *regiam ſervitutem* nolite ambire; ex quorum, vel tantilla iracundæ *frontis* nubecula, tanta ſubinde oriatur tempeſtas; ut *vitæ* ſimul & *fortunarum* omnium faciatis *naufragium*—

O ſi qua *Pitho*, ſi qua *Suada*, ſi quis *flexanimus* Mercurii *Genius*, labiis jam inſideret meis, quo agitante *incaleſcati*, ! ubi jam ſunt illi, qui *fulgurare*, qui tonare, qui hominum *mentes* dicendo *obruere* atque *invertere* conſueverunt? ubi eſt ille *ferreorum laterum* Demoſthenes? ut—

Vos eſtis, quos adhortor, *ætate* vix dum pueri, *in artibus* ſtudioſi; macti igitur eſtote in ſtudiis, ut tandem aliquando numine propitio, in *artibus magiſtri* feliciter audiatis: hactenus enim ſatis diu,

(hen)

(heu) nimium diu, inerti *contabuiſtis* otio; jam igitur, imo *jam properandum* eſt; nam quæ non *proſeminantur*, dum *Ver ætatis* viget, ſine dubio non *metentur*, cum *Autumnus* advenerit: *qualem facitis ſementem juvenes, talem exſpectate meſſem ſenes*: Adeone vero? exſpectatis *vos* lætam *honoris* meſſem, & detrectatis *ſementem* facere *laborum*, atque curam impendere?

Ecquid enim obſecro eſt, à quo *ſolo natura* confirmationem, à quo *ſolo ars* exſpectat abſolutionem? *Imitatio* eſt. Ecquid eſt quod ingenium, ſi *languidum* eſt, excitat; ſi *promptum*, acuit; quod judicium *limat*, memoriam ſtabilit? *Imitatio* eſt.

Quod *ſaxum* mecum non *ploret*, qui *parietes* non *ſingultiant*, cum adoleſcentulos, optimo ingenio præditos, ſumma *ſpe* ſultos turpiſſimæ ſeſe *Vacunæ proſtituiſſe* videant?

Quid tu cogitas *O Sol*, qui cuncta intueris, & *luſtras*; cui nulla unquam ab ortu *mundi* contigit quies? Quid tu, *O Luna*, quæ *menſtruas* tuas ipſa *peragras* viciſſitudines, & tamen homines tam *ſomnolentos*, tam ſocordes non irata deſpicis? tam *ignavas pecudes*? cur quæſo non perdis ſegnem hanc iſtarum *colluviem fruges* tantum *natam conſumere*?

Date veniam (*Auditores*) date (inquam) veniam, ſi in *fucos & ignavum hoc pecus* vehementius *intonem*, quibus in vivis, verendum eſt, ne *Scholæ* ubique omnes, *canitiem* Muſarum videant, ſuique luminis velut *eclipſin* patiantur—

Dianæ faciem è marmore ſculptam, in *Chio* poſitam, commemorat *Plinius*, cujus *vultum intrantes triſtem, exeuntes hilarem eſſe judicabant*; iſtam *Dianam doctrinam eſſe* putate, quæ ſub-difficilis etſi ſit, & vos primo in limine terrere videatur, animos tamen *ſupra-humanos* aſſumite, & oppoſito viciſſim heroicæ tolerantiæ *clypeo*, difficultatis omnis *impetum*, invicto tandem pectore ſuſtinebitis—

Vos

Vos (*O suavissimi commilitones!*) quam felices estis! O si *vestram* videre velitis felicitatem! nacti enim estis *adolescentiam* florentissimam, *Ver* ætatis illibatum, molles jam vobis sunt *articuli*, rubicundæ *genæ*, flos *juventutis*, spes *annorum* longa, *spiritus* integri, *mens* vegeta, *corpus* solidum, & *succi plenum*; cur igitur *animos* vestros, velut mare concitatum, *in undas decumanas*, fluctuatim *æstuare* & assurgere non video? *velisque* omnibus *affectuum* expansis intumescere (quasi *æstro* quodam *divino* percitos) ut ad summum tandem *Heliconis* fastigium perveniatis?

Bene apud se actum *mercator* putat, si post *decennem* navigationem, post *mille* vitæ *discrimina*, *rem* sibi comparaverit paulo *uberiorem*; & *nos* (pavidi animantes!) primo impetu, spem *omnem* abjiciemus? *Alexander* generosi spiritus princeps, *plures* indoluit non esse *mundos*; meruens non *labores*, non *prælia*, non torvam *mortis* faciem: sed ne *heroica* sua fortitudo, sibi fine adversario marcesceret.

Pudat *vos* igitur, qui stipendia sub *Minerva* facere videmini, qnod ab *itinere* ad *Parnassum*, difficiles pauculæ *vos* retardarent *spinæ*, aut præruptus *Heliconis* ascensus, darer præcipites, quin potius *immensũ pectore robur alitote*; & *obvias* quascunq; *difficultates* indomito devorare animo, & devincite.

Quæ de re amabo, difficultate studiorũ (quasi objecto *Medusæ* capite) deterremini? apage cum *testudineo* illo, cum *formicino* gradu; somni *Epimenidei* veternus excutiatur, ignis vitæ augetur ventilatione, desidia corrumpitur: plus olei cum *Demosthene*, *quam vini* infundite, magnaq; fortitudine omnes difficultates absorbete

Vobis vero (nobilissimi & summæ spei *Auditores!*) nullum mare est trajiciendum, nulli sumptus faci-

faciendi ſunt Patet vobis (ecce) hic locus, hæ columnæ, hi parietes *Athenas* vobis dabunt. In ſcena autem *Roſcium* habebitis ——

—Iſta *vos* incitarent (*candidati juvenes!*) ad artes quibus adhuc litatis, alacrius imbibendas, ut——

Quamobrem, ut videmus herbam *anthemidem*, quo magis *deprimitur*, eo latius *diffundi*; ut accepimus arborem *palmam*, quo gravius oneratur, eo fortius *remiti*; ut *ager Narnienſis* (autore M. Tullio) *ſiccitate ſit humidior*; ut ignis in *Nymphæo*, (ut tradit *Plinius*) imbribus ſit ardentior; ut *leo* ſi vulneretur, inſtat ferocius; *Anteus* poſtquam dejicitur, pugnat violentius; *unguentum* cum agitatur, olet fragrantius; *aromata* cum atteruntur, ſpirant odoratius; ita *nobis* (adoleſcentes chariſſimi!) faciendum eſt; ut in *virtutis curſu, quo magis retardamur, eo magis incitemur, ſi fractus illabatur orbis, impavidos feriant ruinæ*—*Reynold.* orat.

O ſi Pericles hic adeſſet, qui *falgurare, tonare, miſcere* Græciam dictus eſt! O ſi flexanima *Piſiſtrati* Suada *meis* pauliſper inſideret *labris*; ut quaſi *fluminibus* ejus, noſtra jam concitata raperetur *oratio*!

O cœlum! cur illas flammas tuas non emittebas, ut hæc impia capita cœleſti igne conflagrarent? cur non in vindictam fulgura, tonitruaque deſcendebant! cur non dehiſcebas ô terra, ac illam immanem audaciam, *inferorum* lacunis coërcebat?

Quid? *ſurdiſne & obſeratis auribus* hæc inculco? *Cyclopas*, an *homines*, an *ſtudioſos* affari videor? annon perpenditis, quam ſpecioſa, quam *cæleſtis*, quam *divina* quædam res ſit, *mens* variis ornata *diſciplinis*? an putatis omnigenam *literarum* cognitionem, vobis oſcitantibus, in *ora* cœlitus delapſuram? adventuram, in *ſinum* dormientibus?

Quippe

Quippe ſicut *ventus*, ſi in ære aperto erret, libertate illa perit ac diffunditur; ſin in *terræ* penetralibus cohibeatur, ipſam movet, ac cum *vi* evadit: ita quibus generoſus *ille* ſanguis in præcordiis concaluit, *perrumpere* ad æternitatem ipſa *invidia* ſpectante quam *ire* malunt, neque melius *heroes* quam per nebulonum humeros in cœlum aſſurgere videntur. *Heinſ.*

—Quo mihi facto tam excelſo, ipſam *Fortunam* pugno percuſſiſſe videtur, & leviſſimam illam meretriculam quæ tam male de *majoribus* ejus merita eſſet, domo & foribus ſuis exegiſſe, ac ut res ſuas ſibi haberet juſſiſſe—*ibid.*

—Oppugnari vult *virtus*, vult premi, vult in acie ac ferro, vult cum hoſtibus verſari; inter arma creſcit, *ſanguine*, non *laſte* educatur—

Agite, & ſi *viri* eſtis, meſſem hinc fœcundam reportate.

Ah! vitanda eſt improba *Siren Deſidia*, procul abſint mollia, facilia, blanda; *dura* petamus, *difficilia* ſuſpiciamus, per *ſaxa*, per *rupes*, per *ignes*, divinas *Muſas* inſequamur, ad quas nemo niſi qui caudex inflexilis, niſi qui lapis inſenſilis, *Dædaleis* non anhelet remigiis, *Pegaſo* velocior, & *equis* remiſque volet *accipitre* pernicior.

Velit aliquis è vobis *triumphum*? vincendum eſt; geſtit *coronam* geſtare? certandum eſt: næ *præclarus* ille *certator*, qui *ſine ſudore* cupit *coronari!* delicata nimis *adoleſcentuli*, qui *aurum* ſitimus, nec tamen effodere; qui portum exoptamus, nec tamen volumus *enatare*.

Si enim *laborum* aculeis, tanquam *Hydræ ſibilis* frangamur animo, næ nos inertes! non milites, ſed *fugitivi!* non *Hercules*, ſed *Thraſones*, ex Apollinis *caſtris* exauctorandi!

Agite vero, *nobilior propago juventutis*, quos dulces *Muſæ* numine *afflarunt* ſuo; quibus corpus omne

omne ardore tremit; quibus *ignea* vis in pectore exarſit; quibus *flamma* in præcordiis *micat*; *agite* inquam cum bono Deo, uſquequo, *vere* ignavi, in pulvere deſidebitis? Excutite voſmet penitus, & ad heroicam hanc & generoſam *dicendi*, vel potius oratorie *fulminandi*, aſſurgite facultatem.

Demoſthenis olim, in *incunabulis* & *faſciis vagiebat* eloquentia; quæ in eam poſtea *excrevit* magnitudinem, ut *tota* eum admiretur *poſteritas*: cur ni igitur, & *vos* excutiatis *ignaviam*? hoc enim de *vobis* certo *ſcio*, *præſagio*, *affirmo*, eo *vos doctrinæ* (ſi vultis) pervenire poſſe, ut vos, non *homines*, ſed *divos*, terra olim videatur peperiſſe—

Interim calamitates undique invadant, dolor ac fortuna vires jungant pariter, ac animum oppugnent, terra cœlo miſceatur, cœlum ſibi, aut in caput Sapientis cadat, ille—

Sequamur laudabilem *Gymnoſophiſtarum* conſuetudinem, apud *quos* impranſi abibant, qui nullum *diurnæ* operæ fructum afferebant. *Ægyptiæ* adhæreamus juventuti, *cui lege* fuit cautum, ne *cibis* prius veſceretur, quam centum & octoginta ſtadia percurriſſet—

Πολυθρύλλητον illud quis neſcit, *Quod arduum eſt, pulchrum eſt*, ut Solon: *Quod difficile eſt, bonum eſt*, ut dixit *Pittacus*? Sit difficilis: at quid ἀκονιτὶ ſine pulvere, & ἀνιδρωτὶ ſine labore, qui ad *virtutis* arcem excubat, homini contingit? Sit *difficilis*; *impoſſibilis* tamen non eſt. *Enitere* ergo; opus eſt quotidiano conatu.

—Memineris obſecro, *urticas*, ſi attingantur leviter, *urere*; ſi fortiter, *hebeſcere*; ſic ſtudia omnia apparere gravia, ſi *molliter*, factu autem proclivia, ſi ſuſcipiantur *alacriter*.

Immarceſſibilem *famæ* coronam merebimini, in omnium ſeculorum ſempiternitates *capiti* veſtro imponendam—

Ludemus

Ludemus igitur *nos*, & quasi in *rosis & violis* sedebimus, omnino *nugabimur* otiosi? sic *fructum* nullum, *gloriam* nullam, nullum *honorem* consequemur: *Margaritas* eruunt ex imo fundo *maris*; *aurum* è terræ visceribus fodiendum est; *errat* enim, longe *errat*, quisquis *honorem in putidis otii puteis latere putat*: ditioris *venæ* est defæcatum hoc *obryzum*; ab altiore *fonte* pura hæc *dimanat* aqua ———

——O si *lex* illa *Lacedæmoniorum* revivisceret denuo, qua sancitum est otiosos semper fore inhonoratos, qua omnino cautum est, ne quis *otio* deditus ad honoris gradum conscenderet. Sed eo jam *(ebeu)* prolapsi sumus *dementiæ*, ut licet *ramos*, atque *fructus* arborum (*honores* sc. Reipub.) magnifaciant omnes; *radices* tamen & *stirpes*, (quæ sunt *labores*, & vigiliæ) diligant pauciss imi ———

Utinam jam *Auditores*, utinam hac in re aliquantisper mihi suppeteret *Platonis* copia, acumen *Hyperidis*, *Varronis* doctrina, *Hortensii* suavitas, memoria *Simonidis*, actio *Roscii*, siquid uspiam in *Helicone* sit eloquentiæ; ut in hanc *vos* sententiam, vi *Demosthenis* efficaciter impellerem, cincinnis *Isocratis* eleganter allicerem, lacertis *Ciceronis* violenter protraherem! ———

Vid. *Hortandi.*

XXmo.

Formulæ Generales, & primo *Transeundi.*

SEd satis multa de duobus *Academicorum* generibus, de eorum etiam institutis nimis fortasse multa; venio ad genus *Orationis*, quo in

in ſuis diſputationibus uſi ſunt—*Cicer.*

Ceſſo jam de *iſtis*, ut qui ſciam *me* ex ipſa veritate demonſtraturum quid *non* ſint, quum oſtendero quid *ſint*—Tertul *Apologet.*

——Neque enim ſingulis immorari libet, *pro re, pauca loquar* ——

——— Sint hæc breviter ſummatimque dicta, nam *ſingula* perſequi prolixum fuerit ———

—— Sed in *his* nimis ſumus, & quod meridiana forſan luce magis clareſcit, *id* accenſa face, haud ulterius quærimus. *Selden* ———

—Auguſto ſermone res altiſſimas, non ut voluimus aperire potuimus: ſed ſcientiæ veſtræ, intellectui veſtro *lata* ſunt, quæ in ſermone noſtro videntur auguſta. *Chryſolog. Serm.*

Ac ne multis immorer.

—Atqui cum *orator* ea quæ & numero, & magnitudine eloquentiam excedunt, facundiſſime commendet, ſi *confeſſione* candida omittat, quia *quæ cum cura, & appoſite tacentur, magna pars eorum ſunt quæ optime dicuntur*, quædam tamen quod ab iis fieri ſolet qui *orbem* in tabella pingunt, non ut æquent, ſed ut repræſentent, obiter enumeranda potius quam recenſenda reor—*Heinſ. orat*

—Quæ nos obiter, ut ante dixi, non commemoramus ſed ſubducimus; ne quis ſingula, quæ juſti molem operis requirunt: in tranſcurſu, & ſic obiter miretur dici.

—Nunc ad mores *viri*, & vivendi rationem veniamus, ut pro *rei* dignitate, noſtra quoque ſe attollat oratio ———

—Hora mihi deficeret recenſendis omnibus, parcatis igitur properanti, ſi ex hac parte ſim parcior, niſi cum *ipſa* cogat neceſſitas———

—Sed plurima ſunt tranſilienda, nec pauciora contrahenda, ne nauſeam pariat prolixitas—

Super-

Supereſt itaque jam, juxta præſcriptos mihi cancellos, ut—aggrediar—

—Aliam ſerit litem, quam hujus non eſt inſtituti nunc mei diſcutere—

—Indicabo tantum in tranſitu, quia ſentio *horam* fugere, & quam-plurima ſupereſſe—

—Percurro *hæc* ſummatim tantum; *dies* enim *me* deficeret, ſi ſingula perſequerer minutatim—

—Supervacuum hic eſſet mihi, vel *Iliadas* iterare, vel guttulas *Oceano* inſpergere—

—Quorum *nomina* tantum recenſere, eſſet potius *annales* contexere, quam intra præſcriptas compendii anguſtias, *me* continere—

—Mihi ſatis erit hæc *tria* carptim tantum, & ſaltuatim in tranſcurſu delibaſſe & præſenti inſtituto accommodaſſe—

—Sed ut minutiis hujuſmodi non inhæreamus, horſum *iſta*, tendunt omnia *auditores*, ut—

Sufficiat in pauciſſimis guſtum tantum præbere—

Nec libet in rebus ſeriis pueriliter argutari—

—Unum reſtat, quod propemodum mihi effluxerat—

—Notiſſima ſunt *hæc*, & attigiſſe ſufficit.

—Cum eo tandem deventum ſit—

—Quod quanti fuerit ſudoris & infiniti pene moliminis, opportunum jam videtur ut *tertio* inquiramus—

—Satis jamdudum tædii devoraſtis, ſcil.—

—Primum jam ſtadium decurri, unde videtis mitius aliquanto, & remiſſius agendum, cum—Nec vero ſecundo, minus eſt illud ſalubre, quam celebre conſilium—

—En vobis (*Auditores!*) de acervo manipulum! —de *meſſe* primitias —guſtum ex ampliori dolio—

—Decurſa

——Decursa jam *thesi*, demitto *me* ad *hypothesin* ——

Sed *quid moror in* parvis? *animus majoribus inflat* ——

Inde petantur plura, nam prolixus *hic* mihi labor nimis, per singula discurrendi——paucula delibavi ——

Sed ne longum fiat, *unum* aliquod ——

——Sed quænam *illa* tandem? horreo dicere; sunt enim tam superba, ut mihi non modo affirmari, sed ne *refelli* quidem sine aliquo piaculo posse videantur——

Longum est, universa ipsius opera commemorare, quibus profecto——

Atque ut *veteres* præteream, vosmet ipsi vidistis non ita dudum——

Quis enim hæc audiens me non rideat, quod in re perspicua videor verba profundere?——

Alteram partem aggredior, qua doceam——

Pauciora jam attigimus ex multis quæ anxium in diversa pertrahunt animum, quibus adjiciendum puto——

——Eorum si nomina referre, opera recensere, ac pro dignitate commendare velim, nec mihi dies, nedum ut *hæc* pagina sufficeret——

——Et hæc quidem *pauciſſima* sunt ex *multis*, quæ illustres scriptores, monumentis literarum mandarunt *Exempla*, haud dubie plura non attingentes.

Taceo *Oratores* illos, taceo *Philosophos*, Poetas, *Studiosos* demum omnes, qui magna & *olei* & somni jactura, elucubratis operibus inclaruerunt——

Sed jam tempus est, ut ad Homericum exemplar, relictis *cœlitibus*, viciſſim in *terram* demigremus——

——Quod moror *exemplũ* quorum me turba fatigat? ——Est

——Est mei potius instituti disquirere——

2dus. *Continuandi.*

QUæ sequuntur autem, quibus verbis *Auditores*, exprimam, aut commode describam? nam & *vox*, & sermo, & *oratio*, dicenti pene elabitur, ac fugit——

Jam hæc scio videri *vobis* maxima, sed audietis majora——

Nullos *Scipiones*, Fabios, *Æmilios*, nullos audietis jam *Flaminios*; aures alias adserte, alias adserte mentes: ad *monstra* devenimus: *Tiberii*, *Claudii*, *Nerones* in scenam producendi sunt——

In latissimos scientiarum gurgites, & eruditionis vastæ quendam quasi Oceanum præcipitare, se nostra cœpit, ac diffundere *oratio*——

——Quæ sigillatim omnia, supereſt jam ut spinosiori orationis textura pergam demonstrare——

——Atque ut in transcursu tantum indigitem——

——Et quid adhuc dicam? deficeret me tempus enarrantem, de——de——de——

——Restat tamen unus, nec dignus vindice nodus——

Quid porro reliquum est nisi ut rudera adeamus, ac fragmenta *veterum*, philosophorum manes excitemus, ac sciscitemur ab illis——ut liqueat causam *Antagonistæ* mei modis omnibus jacere misere——

Sed ut planiora fiant quæ dicimus, *exemplis* singulatim illustranda sunt, & paulo uberius exaggeranda, nec immodicæ brevitatis studio, rerum pondera orationis celeritate rapiantur——

Redeo ad vos tandem (*dignissimi viri!*) quorum intimos ego——

3tio. *Abrum-*

3tio *Abrumpendi.*

SEd quid ago? *Epiſtolam* inſtitueram ſcribere, & creſcit (ecce!) in volumen—

Sed modus eſto *his* argumentis, quando ſatis ſuperque aperuimus, quanta ſit *Poëtices* ſublimitas—

Cætera te coram, quod utinam fiat brevi—

Sed quo tranſverſos nos egit, *Eraſme*, dulciſſima *tui* recordatio?

—Sed ſatius eſt in his *Harpocratis* meminiſſe, nequis forte *nos* quoque coryceus Deus auſcultet ea narrantes quæ ne *Momus* quidem impune prolocutus eſt—

Pauca tibi è multis— Æneid, 3.

Ne tamen oblitis ad metam tendere, longe Expatiemur equis—

—Niſi nimio *vos* tædio afficerem, infinita ſane è *Philoſophis*, Hiſtoricis, *&c.* poſſum adducere, quæ—

Sed ne altius in profundum ſolvam, tutum videbitur ſcaphæ meæ—

—Non eſt quod infinitus ſim in iſtiuſce rei diſcutienda veritate—

Sed quo me indignitas exemplorum? quo ſcelerum recordatio? quo indignationis æſtus rapit? præſtat *ſilentio* præterire, quam cum *ſuſpiriis* & gemitibus commemorare—

Atque hæc hactenus de quibus conſpectum dare, quam univerſam convaſare ſupellectilem magis curæ pretium duxi—

Rapuit (*Auditores!*) & abduxit orationis curſum, ſecundis quaſi ventis, tam præſtantiſſimæ rei *dignitas*, ſublimitas.

Sed abripuit me, *Auditores!* (fatendum eſt enim) illa ætas—vix impetum reprimo, vix *me* ſuſtineo—

Præſcripti mihi cancelli non patiuntur, ut *iſta* uberius explicem———

Sed *hiſce* non ulterius eſt immorandum, exhauſta eſt *clepſydra*; nec licet abuti patientia veſtra———

Sed ego peccem in *tempus*, ſi ulterius inſecter haſce *minutias*, meras ineptias, quas quivis, cum volet, obterere poterit argumentis, ita ſponte *ſua* diffluunt———

——— Cæteroquin ſi nuda *ipſorum* nomina referre, aut opera recenſere, vel pro dignitate commendare velim, nec mihi *dies*, nedum ut hæc clepſydra ſufficeret———

Innumera ſunt talia quæ brevitatis ſtudio prætermittimus——quibus tamen cunctis ſatis evidenter perſpicueque monſtrantur———

——Sed *hæc* abunde ſuperque——

——Ego paucis ſic tetigi——

Sed eorum varia *monſtra* non eſt quod hic acconſeamus———ſat erit quorundam duntaxat——

——Nunc ut eo revertamur, unde deflexit oratio——

Sed de Carthagine ſilere melius puto, quam pauca dicere——*Saluſt.* in *Iugurth.*

Atque ita in viam tandem de diverticulo——

Sed in rebus per ſe apertiſſimis, nimium longi ſumus——

——Ad rem igitur ipſam ut redeamus——

——Fræna *his* ingenii ſi ulterius laxare vellem, in immenſum verborum *pelagus* proveherer: ut enim *pueri* qui ad aquas ludunt, dum lapillos in ſtagnum jecerint, magis magiſque orbes majores faciunt: ita & mihi quo plures affero, eo plura ad efferendum *ſe* offerunt.

Sed indigitare ſatis erit, quod amplificare nimium foret.

Sed deſino: aut potius hanc *telam*, in medio adhuc

adhuc opere abrumpo: longe plura dicturus, nisi *tempus* sese mihi, præter votum meum, & opinionem subduxisset.——

——Si prima repetens ab origine pergam,
Ante diem clauso componet vesper Olympo——

PRAXIS FORMULARUM in *Thematibus* Componendis:

SIVE EXEMPLARIA TRIA, Usum *Methodi*, pag. 31. delineatæ, atque *Formularum*, contextui *Thematis* applicandarum, demonstrantia.

Thema Primum.

Quo semel est imbuta recens, servabit odorem Testa diu.——Horat.

Exord.

VT senex *Psittacus* non capit servilem, annosa *vulpes* non capitur laqueo; avium vero pulli, & ferarum catuli, facile capiuntur, cicurantur, & humanis ubibus mansueti fiunt: *non dissimiliter* ætas puerilis, artes illas & disciplinas, mores pios & modestiam, perinde ac dialectum illam, & sermonem quem cum lacte materno primitus *imbiberit* vix dum oblivisci tur. Dedisci id sero quod didicit diu.

Quæ longa annorum serie, frequentissima actionum iteratione acquiruntur, in alteram quasi naturam transeunt. *Quo semel est imbuta recens,* &c.

Expos. Sed ut uno quasi intuitu veram *istius* rei imaginem videatis graphice delineatam, ad hunc cogitate sensum, *Poëtam* nostrum attendisse, neminem, *viz.* posse illos dediscere mores, illam vivendi rationem excutere, ad quam diuturna consuetudine, ab ipsis olim incunabulis assueverat, sed medullitus infixam retinere; non secus ac omnigena vasa, *canthari,* & *cadi vinarii* quo primum uvarum nectare generosiori, sive languidioris succi liquore, cujuscunque demum coloris, odoris, saporis, implebantur ab initio: illum colorem, odorem, & saporem, quam firmissime, quam diutissime asservant.

Confirm. à Causa. Oraculum autem verius, nec *ille,* nec Apollo *Delphicus,* pronunciavit unquam; nam cum aspera, & amœna minus sit *virtutis* semita, tamen si assiduis laboribus, indefessis studiis, ab ipsa statim pueritia incumbamus, eam facilem nobis reddemus, & amabilem: *Taurum* tollet qui *vitulum* sustulerit, ut quondam *Milo. Ovidio,* scribendis versibus, à teneris annis dedito, *sponte sua* numeros *carmen* veniebat ad aptos, *Quicquid conatur dicere versus erat.* Impetus ille primus *teneræ* naturæ inditus, magnum habet momentum in universa vita, & in futuris demum actionibus influxum. Missilis in *ludo globus* sæpe ab inhærente plumbo, vel solo ipso, vel jacientis manu, in dextram aut sinistram partem facile declinat. utcunque quilibet in via laterculus, *ipsum* à meta nonnunquam divertat, & retundat impetum per quem effunditur. Humanarum actionum varietas à prima dimanat disciplina: quibus institutionibus erudimur à *pueris,* qualiacunque studia sectamur *juvenes*

venes, *ipsa* per omnem deinceps vitam redolebimus.

Lycurgus, ut efficacem *Educationis* potentiam, Lacedæmoniis olim suis demonstraret, duos produxit catulos eadem cane progenitos, quorum *alter* ollam jusculentam, *alter* leporem in medio positum, insectatus est, juxta suum *uterque* morem, à teneris sibi familiarem. Qui honeste, temperanter, & religiose educatus est, qui bonis literis, & artibus instructus, *puer*; ille ad Divinum cultum, ad humanam societatem pertinentia, & singularia boni viri *officia*, præstabit *senex*.

Quid enim? Annon *homines* natura sunt veluti *tabula rasa*, cui nihil inscriptum est, *quidlibet* autem potest inscribi? Annon sunt velut *alba linea*, quæ *quemlibet* potest *colorem* admittere? vel ut *lapis*, è quo *quælibet* statua; *lignum*, ex quo *Mercurius* fieri potest? Si vero huic tabulæ, *literas* pietatis & humanitatis inscribamus; si albas illas *lineas*, vivis virtutum *coloribus* pingamus; si hunc *lapidem* in effigiem *Dei* refingamus; ex hoc ligno *Mercurium* efformemus; virum perfectum, & omnibus suis numeris absolutum, salutaribus documentis in sanguinem nostrum & succum conversis, efficiemus. Virginea *charta* quemlibet capiet *characterem*; atramentata vero vel miniata servat *indelebilem*.

Hirsuti *equorum* pulli, in generosos nonnunquam evadunt equos, si perite domentur, & doceantur, quo gestu *caput*, quo passu *pedes* attollant suos, & umbra virgæ reguntur; *Usus facit promptos*: grandiusculi vero difficilius & inviti suam naturæ ferociam deponunt. Fusile metallum aliquamvis figuram suscipit. *Lingua*, mendaciis, blasphemiis, & *juramentis* assueta, vix aut ne vix, ab *his* unquam postea temperabit. Qui æthiopicam *vitiorum* nigredinem contraxit *puer*,

non exuit *senex*; qui vero liberaliter, pie, prudenter instituuntur *pueri*, dum molles sint animi, molles articuli; sanctissimos illos mores retinebunt diu—*adeo in teneris assuescere multum est.*

Magni idcirco refert quibuscum vixeris, à quibus institueris, in quibus studiis exercearis. *Scholæ* sunt juventuti *vasa salitoria* *, in quibus carnes recentes condimus *sale*; salubrem illam literarum, & morum asperginem, vita resipiet universa. *Scholæ*, ceu vasa *tinctoria* *, albam *puerilem* lanam, *Tyrio* insignem *ostro* incoctum *generoso* pectus *honesto*, efficiunt.

* Angl. *Poudring-Tubs*

* *Dyefars.*

à Contrar. p. 94.

Contemplemur vero *contrarium* vitæ institutum, & quid aliud quam ignorantiam, pervicaciam, insciciam, malitiam, indocilitatem, & belluinos plane mores in *iis* videbimus jam *senescentibus*, qui fœculentis, vel *Stygiis* potius vitiorum lacunis infundebantur *juvenes*: Adamantina *illa* pectora, ceu durissima metalla, nullo contunduntur malleo, aut molliscunt.

à Simil. p. 94.

Ut enim nec sine *oculo* Domine *equum*, nec sine *vestigio* Domini *agrum* pingue scere dixit *Thales* Milesius: ita sine honesta institutione, sine salutarium *præceptionum* infusione, sterilescit animus; sin vero dulcissimos *virtutum* latices instillemus *pueris*, in quotidianis vitæ actionibus expromentur. *Nauclerus* imperitus navem *semper*, imprudens *sæpe*, in discrimen adducit: *parentes* item & *præceptores*, indulgentia sua, vel indiligentia, *puerilitiam* corrumpunt & depravant. Unde *Diogenes*, puerum conspicatus indecore se gerentem, *pædagogum* illius, baculo percussit, dicens, *Cur eum sic instituis*? Arbor silvestris, quo primum mitiori surculo impræ gnatur, eosdem grandescens dulces producet fructus. Quibuscunque artibus, studiis & institutis nostram ætatem *puerilem* excolimus, *eadem* olim *myro-*

thecia

thecia redolebimus: non secus ac *linea* nostra *indumenta*, recens lota, & inter *rosas* repositа fragrantissimum illum odorem spirabunt diu.

Atque *hic* forsan efflagitet *aliquis*, ut ea quæ *verbis* adserta sunt, aliquibus jam demonstrentur *exemplis*: hic vero campum feracissimum, & lætissimas segetes ostendit historia. *Orpheus* & *Arion*, Musicis primum initiati studiis, *Demosthenes* & *Cicero* Oratoriis, *Horatius* noster & *Virgilius* Poëticis, in stuporem, in miraculum stupidæ nunc *nostræ*, & pygmeæ *juventuti*, evaserunt. ab Exem. p. 102.

Te *M. Tulli*, testor, obtestor testem, huc enim respexisse videris cum dixeris, *Nullum munus Reipublicæ afferre majus, melius ve possumus, quam docendo, & erudiendo juventutem.* Hanc institutionis necessitatem, perspectam habuit *Plato*, qui *tribus* de rebus, tanquam de *tribus* maximis in se collatis beneficiis, solebat *Deo* gratias agere, 1. *Quod* se creaverit *masculum*, non fœminam; 2. Græcum, non Barbarum; 3. *Quod* se nasci fecerit tempore *Socratis*, optimi philosophi, *idque* Athenis, literarum & philosophiæ tum emporio; probe enim novit, quod *Quo semel est imbuta recens*, &c. à Testim. p. 113.

Subodoror hic quid objecturi sint aliqui, de *Sardanapalo*, de Nerone, de *M. Ciceronis* filio, qui virtutum & literarum initiamenta, imo omnem *institutionis* operam, & oleum perdiderunt, & in prodigia vitiorum degenerarunt. 1 Object. p. 117.

Non obstat tamen hæc tragula, quam injiciunt, nostro progressui. Certe, *una hirundo non facit ver.* Virtutum & literarum semina altas in *illis* non egerant radices; ingenuas artes non didicerant fideliter: infusi probitatis liquores effluxerant, quo minus penitissime *illis* imbuerentur. Confut. p. 121.

Coaxant hic *alii*, ranunculorum instar, rancidi nebulones, quod *Angelicus juvenis senibus Satanizat in annis.* 2. Object. p. 117.

Confut. O portentoſum obloquium! ô proverbium plane Diabolicum!

p. 127. *Quid vix credibile eſt, rictu ructaſſe trifauci*
Cerberon; & Stygii monſtra tremenda lacus.

Quid enim aliud potuit ipſe *Satan* malitioſius excogitare, ad extinguendam *pietatem*; ad eradicandam funditus *virtutem*; & humanum genus in nequitiam omnem, atque in ipſam demum *gehennam*, præcipitandum? Qui florem ætatis noſtræ nunc præripere, qui primitias *Deo* noſtro debitiſſimas prælibare ſatagit, *totam* ille deinceps *meſſem* & *maſſam* ſperat uberiorem. Increpet te *Deus* Satan, increpet te *Deus*, os ô impurum! & pectoribus noſtris ſuam cœlitus infundat gratiam, ut *recordemur nunc creatoris noſtri in diebus juventutis*, ut bonis literis & ſtudiis, bonis moribus, & operibus exerceamur; ut vivificum *ſanctimoniæ* ſuccum imbibamus. Nam juxta illam diviniſſimi *Oraculi* ſententiam, *Inſtitue puerum pro ratione viæ ſuæ, etiam cum ſenuerit, non recedet ab illa.*

Exod. 22 29 Numb. 15.21. Concil. Prov 22. ver. 6.

Quo ſemel eſt imbuta recens ſervabit odorem
Teſta diu——

Praxis *Poetica*, in Themate Imo.

Quo ſemel eſt imbuta recens ſervabit odorem
Teſta diu——

ALba *diu ſtabilem retinebit* lana *colorem*,
Quæ Syrio *primum murice tincta fuit.*
Quique ſalutiferis puerilia *pectora muſis*
Imbuit, & latices imbibit aure ſacros.

Cælipo-

Cœlipotens imis pietas infixa medullis
Hæret, inoblitum non fugitura ſenem.
Pſittacus (ecce!) ſuum doceatur χαῖρε ſonare
Cum tener; at ferulam non capit ille ſenex.
Virgineam quævis impregnat litera chartam:
Sed renuit nigras, quæ miniata, notas.
Flexanimum tenero *fluxit* Ciceronis *ab ore*
Eloquium; cujus ſcripta diſerta ſenis.
Socratis *incoctum generoſo pectus honeſto,*
A puero, *extremum durat ad uſque diem.*
Pura decent puerum; fœdis ea temperet ætas
A vitiis; puerum *nil niſi* pura *decent.*
Qui *ficti eſt pravique* tenax, *it pronus ad* Orcum,
Præcipitique ruit per mala cuncta pede.
Audiat, & videat nuſquam quod non ſit honeſtum;
Sulphuream facili concipit igne facem.
Parvula lativoras ſpargit ſcintillula flammas
Fuſa ſubaccenſam mox premat urna ſtruem.
Purgato pinguem permiſcet ſemine glel am
Agricola, ut gravidas meſſe reportet opes.
Infelix lolium, & ſteriles dominantur avenæ;
Ni tempeſtiva falce repurget agrum.
Neglectis urenda filix innaſcitur agris;
Neglectiſque animis naſcitur omne vefas.
Virtutum dulces pueris *infunde liquores,*
Et mores ætas *promet* adulta *bonos.*

Secundum Thema.

Vireſcit Vulnere Virtus.

OPrima *naturæ* dona, bona *fortunæ* Univerſa, *caſu* aliquo, vel iniquo *fato* deficiunt tandem & dilabuntur. *Valetudo* corporis ægritudine defluit; Milonis *vires* ſenio enervantur. Exord.

tur. *Forma bonũ fragile eſt.* Helena, *quando in ſpeculo rugas conſpexit aniles, flevit*—Exanthemata, faciem devenuſtant. *Honores* lubrici ſunt, non diuturni. Quem *Dies* videt *venieus* ſupernũ, hunc abiens relinquit humi jacentem. Aurei *divitiarũ* montes liquefiunt--ſic ſtabile eſt, *ſic conſtat mortale nihil!*—

p. 24. *Diſſimiliter* vero *prorſus contingit in animi* bonis, quæ voracis ævi dentibus non atteruntur, adverſæ *fortunæ* flatibus non diſſipantur, quo minus cum *naufrago* ſimul enatent. Oppugnari vult *virtus*,

p. 138. vult premi, vult in acie ac ferro, vult cum hoſtibus verſari, inter arma creſcit; ſanguine, non lacte educatur. Nulla *vis* inimica *virtutem* peſſundat, imo vero auget, accendit, inflammat; marcet ſine adverſario *virtus*, vireſcit vulnere.

Expoſi. Sed ut diſperſis nubibus in ſerena noctę clarius micant ſtellæ, pariter & hujus ſubobſcuræ ſententiæ *veritas*, nubeculis *paraphraſi* breviuſcula diſſipatis. Quaſi igitur *Poëta* in aliis dixiſſet verbis, *Animus*, vera virtute imbutus, *mens* generoſa, *anima* cœlo oriunda, non frangitur aut debellatur ex adverſis, qui obtingunt, caſibus: *miſeriis* & calamitatibus non opprimitur, nullius infortunii cumulis ſuccumbit. Eſt inter præcipua *fortitudinis* apoteleſmata, inter illuſtriſſima *virtutis* ornamenta, gloriari in *adverſis*, pati excelſo animo injurias, deſpicere pericula. Heroica *virtus*, vulneribus non expugnatur, vulnerata non exanimatur, premi poteſt, opprimi non poteſt, *vincit* tandem utcunque videtur *victa*, eo creſcit uberius quanto deprimitur violentius.

Conſtr. à cauſa. p. 89. Quæ, quo magis in *themate* noſtro latent, eo diligentius, ut boni *venatores* ſolent, per veſtigia, *ſenſum* latentem perſequamur, *Et cauſam iſtius quis ignorat?* Quis ignorat *virtutem* eſſe *Dei* progeniẽ, divinæ particulam auræ, florem paradiſi immarceſſibilem, immortalem, *rutam*, nunquam *erutam* radici-

radicitus, nec *eruendam*; in quam, influxum nullum, nullum impetum, nihil plane juris habent *hæc* inferiora. *Virtus* conſiſtit in *actione*, in acie, per medios juvat ire ſatellites, ſtrictos *hoſtium* gladios non reformidat. *Ignis* non abſumit *aurum*, ſed defæcat. Majores ſubinde vires, ex vulneribus acquirit ſuis *virtus*, ut flamma ventilando dilatatur, non extinguitur.

Non impediunt *lunæ* curſum latrantes caniculi; nec retundunt ſtudioſum animum aut retardant labores difficiles. *Virtus*, ut triticum, purgatur tribulo, ut *calor* ex antiperiſtaſi *frigoris*, fit intenſior. Obſcurant ſæpe *ſolem* caligines, ſed diſſipantur; frangũtur aurei *Proſerpinæ* rami, ſed renaſcuntur; *Vno avulſo non deficit alter Aureus; & ſimili frondeſcit virga metallo.* Sanguis *Martyrũ* eſt ſemen Eccleſiæ.

Quo majorem lignorum ſtruem *igni* accumulaveris, eo vehementius ardet, acuminat ſeſe. & ſurſũ lætius inſurgit. Pleni *temperantem* cululli non inebriant, neque ut olim *Elpenora* in porcũ tranſmutant: imo cavet magis, tanto ſe gerit temperantius. Virum caſtum ipſa Lais non pellexerit; Hippolytũ Phædra oppugnat, non expugnat——

M. *Alexander* generoſi ſpiritus princeps, nec p. 136.
prælia, nec vulnera, nec cicatrices metuit, imo plures non eſſe adverſarios, plures indoluit non eſſe mundos. *Socrates*, cui erat *Xantippe* domi, (*Medea* non ad *horam*, ut in ſcena, ſed ad *vitam* comes) non frangitur animo, non concutitur, quin imo *ipſam* porro *mortem*, intrepide imbrachiatur.

Sed ut *contraria* juxta ſe poſita magis eluceſcant, conferamus pauliſper *Sardanapalos*, Neroà Contr. p. 94.
nes, *Heliogabalos*, & cætera vitiorum portenta, quomodo quæſo deſpondebant animum in *adverſis*, & in periculis (quaſi objecto *Meduſæ* capite) examinabantur? Animus certe *vitiis* inquinatus non habet *ſacram anchoram*, cui in procellis tem-

temporum innitatur; altiorem ſpem, qua fulciatur, non habet.

Ignavi à diſcendo cito deterrentur,

Studiorum difficultate percelluntur; cum ſtudioſi interim adoleſcentes, liberales artes, honeſtas diſciplinas noctu, interdiu, per ſaxa, per ignes, *quaque eſt difficilis, quaque eſt via nulla,* ſequuntur.

à 8in i'. Quam *Ego* veritatem meridiano jubari prælucere faciam, & *virtutem* ex vulneribus acquirere *Vires,* demonſtrabo, non ſecus ac vivæ *ſæpes,* quæ amputando magis denſeſcunt. Certe *Vaſa* culinaria, quo ſæpius fricantur, eo clarius niteſcunt; *fontes,* quo magis hauriuntur, eo magis dulceſcunt: *Arbores* ventis agitatæ, radices altius defigunt, & partes, quæ *Aquilonem* ſpectant, fortiores evadunt quam quæ *Auſtrum*: ita quæ adverſantur *virtuti* proſunt, & confirmant magis.

pag. 138. Quippe, ſicut *ventus,* ſi in *aëre* aperto erret, *libertate* illa, perit, ac diffunditur; ſi in *terræ* penetralibus cohibeatur, *ipſam* movet, & cum vi evadit: ita quibus generoſus *ille* ſanguis in præcordiis concalvit, perrumpere ad æternitatem, ipſa *invidia* ſpectante, quam ire malunt: neque melius *heroës,* quam per nebulonum humeros, in cœlum aſſurgere videntur.

ab exem. pag. 59. Ut ſileam *Ulyſſis* errores, & innumera capitis diſcrimina, quibus quotidie periclitabatur, & triumphabat demum *redux.* Ubi tua *M. Cato* gravitas, ſeveritas, ac rigor? ubi pondus *Stoicum,* ſupercilium immobile atq; invictum? ubi ingens *illa* anima, quam *libertati* victimam ſervabas?

pag 105. Athenienſis *ille* Jupiter *Demoſthenes,* Philippum non metuit; imo toto eloquentiæ impetu intonuit, gravi ſententiarum denſitate, in *illum* fulminavit.

Diogenes olim Antiſtheni, *Nullum eſſe tam durum lectulum, qui me à te abigat,* dixiſſe fertur, dum Philoſo-

Philosophiam discerent. Horum *heroum* animos non pupugerunt; nedum *vulnerarunt labores*, pericula, nec adversi quidpiam.

Agedum quicunque dubitas, & *nostri* sermonis audaciam miraris, perlustra *Græciæ* lumina, doctrinæ numina, *Platonem*, Aristotelem, &c. pereurre *Romani* nominis æternitatem, & in hac immortalitatis gloria sublimes, *Ciceronem*, Cæsarem, *Senecam*, aliosque infinitos intuere, qui plenis gloriam *virtutis* & literarum buccis ebuccinant, *earumque* inconcussam sublimitatem prædicant. à Testi. p. 109.

Tu quoque ne metuas quamvis schola verbere multo
Increpet; & truculenta senex gerat ora magister;
Degeneres animos timor arguit.———

Neque adeo clam me est, complures in *aliam* longe *sententiam* abiisse, dum αὐτόπται viderint, multos *ab equis ad asinos* defecisse, ab umbra *virtutis*, in fumos, in *nihil* evanuisse, sperata pietas, spectata integritas, deferbuit; pristina *virtus* emarcuit, prius videbantur esse *aliqui*, sed prodiderunt se postea, quam essent *nulli*. Objic. p. 115.

Æquivoca plane *virtus*, quæ deficit. *Vina* solum languidiora vappescunt *ætate*, generosa evadunt fortiora. Confut.

Sed annon *æquitatis* studium, exilium *Aristidi*? Objic. studium *sapientiæ* venenum *Socrati*? integritas & *patriæ* salus *Demosthenis* perniciem accersivit? p. 103.

Certe. Sed *Vincit qui patitur*, Fortiter *ille facit*, *qui miser esse potest*. Quem vero timere potest, qui nec *mortem* potest timere? quam qui spernit, *mori* potest, *vinci* nondum potest. Confut. p. 99.

Sed ut in unum omnium constringam fasciculum; *Nautlerum* probat tempestas; *Athletam* stadium; *ducem* pugna, *magnanimum* calamitas, *Virtus* media, catenis, exilio, equuleo, in ipsa demum Conclu. p. 129.

morte

morte vincit mortem. *Rosa* inter urticas, inter spinas nascitur, nec tamen læditur: *Salamandra* in igne vivit, neque comburitur; *Navis* in profundo fluctuat, & non submergitur. *Adamas* malleorum ictibus tunditur, nec tamen diffringitur. *Laurus* viret in hyeme, cum reliquæ passim arbores, foliis suis denudantur. Sic etiam *Virtus virescit vulnere.*

Per pat. p. 137. Quamobrem ut videmus herbam *anthemidem*, quo magis deprimitur, eo latius diffundi; ut accepimus arborem *palmam* quo gravius oneratur, eo fortius reniti, ut *ager* Narnienſis (autore M. *Tullio*) ſiccitate fit humidior, ut *ignis* in Nymphæo (ut tradit *Plinius*) imbribus fit ardentior; ut *Leo*, ſi vulneretur, inſtat ferocius; *Antæus*, poſtquam dejicitur pugnat violentius; *unguentum*: cum agitatur, olet fragrantius; *aromata*, cum atteruntur, ſpirant odoratius: ita *nobis* ſtudioſis faciendum eſt, ut in *virtutis* curſu, quo magis retardamur, eo magis incitemur; *ſi fractus illabatur orbis, impavidos feriant ruinæ.*

Reinol. Orat.

Ac proinde, ut *Sibylla* olim *Æneam*,

Tu ne cede malis, ſed contra audentior ito.
Nam ——— *Vireſcit vulnere virtus.*

Praxis *Poetica*, in Thematice 2do.

——— Vireſcit vulnere virtus.

Vlvida vipereo vireſcit vulnere virtus,
Colliſumque tuum comprimit Hydra *caput.*
Herculis *indomitum proſtravit clava leonem,*
Geryonem *triplici corpore ſudit humi.*

Nec

Nec te Buſyrin *metuit*, Cacum-ve *rapacem*
Tartareoſ-ve lacus, tergeminumque canem.
Ardua difficiles induſtria ſcandere clivos
Novit, & ignotas ire redire vias.
Invia virtuti nulla eſt via; *miles in arces*
Scandit, anratas victor acervet opes.
Scilicet ut fulvum ſpectetur in ignibus aurum;
Sic fortes animos magna pericla probant.
Florida difficili creſcit ſub pondere palma;
Nec laurum *foliis aſpera nudat hyems.*
Anthemidem *vis nulla pedum ſic ſupprimit, ut non*
Lætior in latam diſtribuatur humum.
Prima puſillanimen terrent diſcrimina nautam,
Commoti tumidas æquoris horret aquas:
Tempeſtas audere facit furibunda peritum
Nauclerum; tremulus nec ferit oſſa metus.
Degeneres animos timor arguit; *audet* Ulyſſes
Intrepida trepidam mente videre necem.
Ille tuas Neptune *minas*, Martiſque *furores*,
Æole *trux iras pertulit* ille *tuas.*
Multum ille *in terris, multum jactatus in alto*
Penelopen *læto conſpicit ore* ſuam.
Impiger extremos currit mercator ad Indos,
Impleat ut loculos gaza cupita ſuos.
Nulla laboriferum remoratur opella Cleanthem,
In ſtudiis pernox, perdius ille *ſuis.*
Macte, puer ſtudioſe, *tua virtute, nec artes*
Abnue difficiles; ſunt Helicones *opes.*

Audi Muſam *Melanchoniam.*

FRactus amygdaleus *foris eſt lanugine cinctus*
Dura magis ſub qua lignea clauſtra jacent.
Nucleus in medio ſuavis latet, atque ſalubris
Qui cibus eſt nobis & medicina ſimul. ——

Thema

Thema Tertium.

Solius temporis honesta est parsimonia.

Exord. FRugi homines, qui volunt diteſcere, neceſſariis ſæpenumero, tam ad victum, & veſtitum, quam ad quotidianum vitæ uſum, ſumptibus ſollicite parcere ſolent: Clavam ex *Herculis* manu facilius extorquebis, aut *aquam* è pumice, imo ſanguinem ab *illis* prius quam unicum poteris obolum exprimere. *Umidius* ille Horatianus, *tam dives, ut metiretur nummos, ita fuit ſordidus, ut ſe, non unquam ſervo melius veſtiret, ne ſe penuria victus opprimeret*, metuens. Tenax ille *Timon*, congeſtis undiq; ſaccis indormit inhians, veruntamen *illis parcere, tanquam ſacris*, aut pictis tanquam gaudere tabellis, ſolet. Noverunt *illi*, quam *fugitivum* ſit *argentum*, quanto labore ſit reparabile, quam *ſuave eſt ex magno ſumere acervo.*

Eraſm. in Col. Opulent. ſordida. Horat. Serm. lib. 1. Satyr. 1.

Quanto magis decet *ſtudioſos*, pretioſiſſimi ſui *temporis* non eſſe prodigos; & quod *avari* in rebus faciunt ſordidiſſimis; non ſine dedecore quidem ſuo, *Scholaſticos* facere non diſpudeat, unquam, in honeſtiſſimis, pretioſiſſimis impendiis, nullo argento, nullo auro redimendis. *Solius enim temporis honeſta eſt parſimonia.*

Expoſ. Quam ſi Ego ſententiam, *Protogenis* coloribus potuiſſem delineare, ut quaſi *ſtellis* variegata reſulgeſcat, tali ſe *vobis* inſpiciendam daret habitu, *viz.* Quod in aliis vitæ inſtitutis, in aliis hominum conditionibus, in aliis paſſim actionibus, turpiter, nec ſine infamia fieri ſolet ab avaris, miſeri ſæpe lucelli gratia, ut pecuniolam ſervent tenaciter, & acervent ſuam; *illud* in religioſa *temporis*

poris parsimonia, in honesta quadam avaritia, in cautissimo bonarum *horarum* impendio, laudabile est & glorioſum; nempe ex cumulo illo *annorum*, ex thesauro *temporis*, ex longioris *vitæ* spe, quam, beneficio *Dei*, polliceri sibi ipsis possunt *pueri*, parcissime & minutatim depromendum esse, & tanquam *penu* quoddam *sacrum* custodiendum; singulos *horarum* apices, singula sui *temporis* momenta, studioſe curare & expendere, nec in res futiles, aut inutiles profundere: *Solius enim temporis honesta*, &c.

Atque si cui videar, *hæc* audacius quam verius dicere, agedum paulisper, ipsas intimius rerum rationes inspiciamus, quo palam fiat ita *hoc* verum esse, ut verius nihil esse possit. Quid enim? Annon Πολυτελέσταλον ἀνάλωμα χρόνῳ; *tempus* omnium rerum est primum; pretioſorum omnium thesaurorum infinities *pretioſissimum?* Annon jactura *temporis* est longe maxima? *Mercator*, si naufragium aliquando patiatur, potest subinde aliam feliciorem tentare navigationem, & illatum prius damnum recuperare; si in hodiernis nundinis parum lucretur, sperat fortasse in crastinis *Mercurium* experiri magis propitium: at vero qui vel unicam deperdit *horulam*, damnum illud nullo resarcire potest modo. —— *Volat irreparabile tempus*, ut poeta. O quam multos, seria tandem, sed tamen sera nimis, pœnitentia ductos & edoctos amissum jam *juventutis* florem, prætermissam *boni* occasionem, *lacrymis* vidimus expiasse, & frustraneis nimium *votis* reposcere, ut *ille*, apud Poetam,

O mihi præteritos referat si Iupiter annos! Sed *sera* est in fundo parsimonia. *Serum* est nimis, occidente jam sole, auream *pueritiæ* auroram, & matutinam *juventutem* reprecari.

Ac proinde vigilandum est, ne præterlabatur

oppor-

opportunitas; ne clepsidra noſtra ſit exhauſta, priuſquam prudentiam, *virtutem*, & bonarum rerum ſcientiã ac quiſivimus. *Vita* brevis eſt, ars *longa*; defalcandum eſt è ſomno, è luſu aliquid, aliquantilla *temporis* portiuncula, ab otiis, à negotiis, & quibuſlibet occaſionibus amputanda eſt. *Plinianum* illud, noſtro ſemper inſideret animo, *Omne* nobis *perire tempus quod ſtudiis non impertimus*. Juventa nihil eſt fugacius, quæ ubi ſemel avolarit, redit nunquam. Non eſt igitur in affaniis, in ineptiis, in jocularibus colloquiis decoquenda; quandoquidem, *tempus unum* eſt, quod nec *gratus* quidem poteſt reddere, ut ait *Seneca*.

A Cont. P. 94. Diſpiciamus vero aliquantiſper voluptuariæ *vitæ* turpitudinem, deformes ludibundæ pueritiæ *nævos* intueamur, ut tanquam *Æthiopes*, faciant noſtrates *Europæos* candidores apparere. An non evadant in fungos, in ſtipites, fruges conſumere nati, telluris inutile pondus, qui fortunas & patrimonium non ſecus quam ſacrati ſui *temporis* portionem, in nugamentis, crepundiis, & ſuavi-ludiis dilapidare ſolent? Si famelico panem, erranti viam, pauperibus ſtipem, operariis mercedem, quis detrectet *miſer*, ô quam turpem, quam parcum, quam ſordidum appellamus! At *qui* in luxu, in luſu, in alea, in poculis, & omnigenis voluptatibus *ætatem* profundit *ganeo*, nuſpiam explodimus illum aut exſibilamus. Quaſi nihil eſſet, *tempus* truſtra conſumere, quod dum ducitur, ſubducitur, nec advertit inſipiens quid amittat. Nihil pretioſius *tempore*; & heu! nihil hodie eo vilius invenitur; tranſivit *dies*, & nemo recogitat, nemo ſibi perire *diem*, & nunquam rediturum mediatur.

A Simil. P. 95. Sicut ſtultus ſit neceſſe eſt, qui *hyemem* accuſat, quia horrida ſit aquilonibus, & ob aeris intemperiem frugibus creandis prorſus inutilis, dum non repu-

reputat, *æstatis*, quæ præcessit, *hoc* esse officium; *hyemem*, uti partis, & esse otiosam: ita iniquus est, qui *senium* se attigisse queritur, quia ultimus *is* sit Comœdiæ *actus*, tum enim è theatro hilarem *te* proripias oportet. Sed quo tandem modo *hoc* fiet, si *Endymionis* somnum edormiamus, si liquidis inebriemur, aut immergamur voluptatibus, si in tenera nostra ætate, *genio* indulgeamus non ingenio nec artium liberalium studiis invigilemus. Qua tandem fronte, quibus demum provinciam nostram, à *natura*, à *Deo* nobis demandatam sedulo & studiose non adornavimus?

Dulcis odor lucri, ex re qualibet; dixit olim *Vespasianus*, è lotio *vectigal* exigens, non aspernatus, è re, licet sordidissima, *lucrum* exiguum. Cur non igitur *nos* honestius longe lucrum, *temporis* scilicet & literarum, omnimode non faciamus? *Omnem crede diem tibi diluxisse supremum.* Momentum *hoc* est, ex quo pendet æternitas. O *parsimoniam* temporis, nullo *nobis* tempore *pœnitendam*!

Ingeniorum *ille*, & scientiarum fons *Aristoteles*, & humanæ terminus admirationis, nocturnis etiam lucubrationibus intentus, *æream* in manu *pilam* tenuisse fertur, quæ, obrepente somno, in subjectam cadens pelvim, *illum* dormitantem excitaret. ab exem. p. 98.

Nobilissimus *ille* pictor *Apelles*, ægre tulit abiisse sibi *diem sine linea*: ut ille olim *imperator*, si elapsus esset aliquando *dies*, in quo nihil *boni* feciſſet, exclamare solebat, *Amici diem perdidi.*

Recte quidem *Poeta*, p. 103.

Utendum est ætate, cito pede præterit ætas à Test.
Et nunquam redeunt, qui periere, dies.

Quod

Quod facis, id facias ſtudioſus, & prius *orto Sole*, vigil calamum, & chartas, & ſcrinia poſce. Eandem ob cauſam, *Plato* ſuos olim monebat diſcipulos, *videte pueri ut otium veſtrum, & ſubſecivas horas, in re quapiam honeſta colloceris.*

Demoſthenes etiam parciſſimus temporis diſpenſator, *plus olei quam Vini infundendo* (per *vigilias* ſcilicet, & continuos labores) eloquentiam ſe adeptum fuiſſe, prædicat.

Objic. p. 116. Obſtrepant *hic* nobis balatrones, blaterones, nugarum architecti, imo grunniunt, *Epicuri de grege porci*, Ede, bibe, lude, *earpamus dulcia* conteramus *diem*; ſic pretioſam temporis opportunitatem præterire ſinunt, imo impellunt præcipitem!

Confut. p. 120. O genus hominum inſulſum! ô beluinam viri vocem, Epicuri, *celeres, qui ad curſum concitat horas, qui ſuos*, ceu tardigrados; ceu parum alates *dies* criminatur! Quaſi vero *hoc* eſſet ſperare vitam meliorem, ſpirare immortalitatem. Quaſi vero *hoc* deceret *Chriſtianum*, qui exactiſſimam ſui *temporis* rationem, ſupremo mox tribunali daturus ſiet.

Lacrymæ ſane *hic*, requiruntur lacrymæ, quibus perditiſſimos *hominum* mores, in perdendo *tempore* ſuo, in ſemetipſis demum perdendis, deploremus.

Apagite idcirco, apagite, *inquam*, cantillantes *vos* cicadæ, quæ in æſtate nihil reponitis in ſenectutis, veſtræ *hyemem*. Apagite ignavum pecus, *fuci*, qui melleam *voluptatis* dulcedinem lambere vultis, nec per literarum, & *librorum* flores exſugitis: Miſerrima *Vacunæ* mancipia pretioſiſſimi *temporis* decoctores, nam ultro neſcitis adhuc quod *Solius temporis honeſta eſt parſimonia*?

Concl. p. 129. Igitur, ut *ſummatim* omnia complectar, cum videmus homines *avaros*, viis & modis, per fas & ne-

nefas, *opes* corradere? cum non pudeat *ipsos*, turpissimis plane rationibus rem suam ampliare, cum non pigeat *ipsos* unciatim edere, guttatim bibere, *cappari*, victitare, qui possint *anthia*, cuminum secare, è rebus vilissimis quæstum facere (sumptibus saltem parcere, nonnunquam necessariis,) cur igitur omnis *nostra* cura in *hoc* non versatur, ut semper nostrum cautissime *tempus* insumamus, *boni* aliquid faciendo; sin minus, certe nihil *mali*? Parce admodum deliciemur, ab omni *ludendi* licentia temperemus, nec ullum sinamus à nobis *diem* effluere, nedum hunc tam pretiosum *temporis* thesaurum (depositum à *Deo*, nobis concreditum) elabi & subduci agentibus vel *nihil*, vel *aliud*, vel *male*, sed *hoc* agamus, ut *macti* simus in studiis, *macti* virtute; fatigare juvet *Scyllas*, Charybdes, & reliqua monstra aquarum, & siquid in *orbe* sit arduum, aut sit utile, *hoc* moliamur; exhaustum sudorem ingens à tergo comitatur gloria. *Solius* certe *temporis honesta est parsimonia.*

Per Recapitular.

Per Pathop.

Praxis *Poetica*, in 3° Themate.

Solius temporis honesta est parsimonia.

Labile tempus *abit, præceps subducitur* annus;
Tardigradas falso, pueri, *culpavimus* horas:
Sponte sua properant, labor est inhibere volantes.
Damna potest Mercator *opum reparare suarum*
Naufragus, & flavi cumulos reperire metalli.
Amissumque potest redipisci, lapsus *honorem*
Præcipitem impulerit quando Rhamnusia *fallax*;

Mollia

Mollia corporeas *renovabunt otia vires*
Quum tua *continuo laſſeſcunt* membra *labore.*
Cuncta ſalutiferam repererunt damna medelam
Nulla volubilium reparantur damna dierum,
Elapſumque ſemel volat irrevocabile tempus.
Dum pelago deſævit hyems, & aquoſus Orion,
Claudit & adverſos ſecuro carcere ventos
Æolus, *et celeres impellit* navita *remos*
Tiphys, *& auratum ſubducit vellus in* Argo:
Aſt opportunas pretioſi temporis horas,
In quibus, ingenuas didiciſſe fideliter artes,
Ætas noſtro poteſt docilis, ſi negligat: ætas
Grandior amiſſas fruſtra quæſiverit olim.
In pretio eſt pretium, *pretioſius omni*
Tempus; *opes & Crœſe tuas, &* Craſſe *ſuperba*
Gemmarum & quicquid ſub Eois *naſcitur undis*
Exſuperat; melius flammas imitante pyropo.
Debita nocturno decerpit tempora ſomno
Magnus Ariſtoteles; *ſtudi ſque impendere ſacris*
Mavult, quam ignavo nimis indulgere ſopori
Tu divine Plato, *tu Suada* Demoſthenis *alma*
Flexanimi, plus olim olei *quam infundere* vini
Præſcia, longævam deduxti in ſecula famam.
Perdere Coe *diem dixti* te *inſignis* Apelles,
Linea ſi artificem ſignaſſet nulla tabellam.
Partas cautus opes Patroclus *promit; at* horas
Parcius expromat pretioſas noſtra *juventus,*
Nec Phaethonteos *imitetur ſtulta furores* ——
quin —— ——Cynthius *aurem*
Vellat, & admoneat ——
Parce, puer, *ſtimulis, & fortius utere lorùm;*
Parce, puer, *ludo, atque utere* ſedulus *horis.*

R. C.

Sub

Submoneam te *ſodes* (erudite *Lector*, aut erudiendi!) paucula *hic*, *vix*.

1. ME importunis quorundam deſideriis adductum, hanc *Praxin* compoſuiſſe; aiebant enim; *pueris* aliter, prudenter minus, à me conſultum, integros panes, *illis* & inſectas carnes apponente, *me* debere, cibum præmanſum in os ingerere; & applicare in *Uſum* ſuum *formulas*.

2. *Me* tres haſce ſententiolas in praxin *thematis* de induſtria quidem ſelegiſſe, ut puerili animo aculeos infigerem, & *pietatis* ſcintillulas ſubaccenderem; *divinam* ſapientiam, atque ac bonas literas, & eloquentiam inſtillando.

3. *Me* non propoſuiſſe *hæc* exemplaria tanquam amuſſim, *tuis* per omnia applicandam exercitiis; ſcio *illa* nimis eſſe *Prolixa*; nec infantiæ tuæ imitanda: ſed ut oſtenderem *praxin* methodi noſtræ, & *formularum*.

4. *Me*, partes hic omnes ſuſiori calamo deſcripſiſſe, ut te inſtituam; quo tu poſſis modo *tuæ* aliquando *inventioni* laxare habenas, & in aperto *eloquentiæ* campo currere, diſcurrere, & exſpatiari. Vides qualem quantum ſpirent *hic* gratiam *ſimilitudines*, *exempla*, &c.

5. *Te* poſſe decurtare ſingulas *partes* & breviores facere; nolim *te* tam longa themata *primo* componere. Neque eſſe neceſſum, ut *tu* ſimiliter exigas à te, *ſingulas* in omni *tuo* themate *partes*. Nos à grandioribus raro aut nunquam *omnes* requirimus.

6. *Te* poſſe *Confutationem*, & formulas *Objiciendi*, &c. prorſus omittere, utpote *puritiæ* tuæ nimis aſperas, *inventioni* tuæ ſpinoſas, quæ ſuavem periodorum terminationem & exſpirationem

ſpirationem abrumpunt, & remorantur.

7. *Te* poſſe; *Declamatiunculas*, ex quolibet horum *themate* conficere: *Objectiones* oſtendunt tibi, & anſam *Opponendi* porrigunt.

8. *Te* poſſe, *his* quaſi ſuperaſtris innixum, *Exordia* nova ex ipſis *hic* ſingulatim *thematibus* depromere, imo potes *novum* omnino *thema* componere mutatis verbis aliquot—potes *formulas* longiores, potes *omnes* omittere, & *thema* tuum ſine *his* componere. Non erat *mihi* in animo, ut *te* in *Methodi* noſtræ *ſeptum* compingerem; ut te in *formularum* noſtrarum *numella* concluderem. *Equis*, quos tolutim incedere, jam edocuimus, lora pedalia ſubtrahimus, & funales peniculos amovemus. Quid enim *ultro* opu'eſt?

Sed, en porro!

(*Oratorcule* mi!)

Hæc eadem *Themata*,

Omnibus omnino *Formulis* oratoriis, omnibus prorſum *pigmentis* Rhetoricis, in tuam *diſcensis* gratiam, deveſtita; imo *partibus* aliquot, minus neceſſariis detruncata, *viz.*

Exordio—*Contrario*—
Objectione—*Confutat.* &c.

(Opera, ſuaſu, & methodo Mri *Guil. Walker Ludæ* nuperius Ludimagiſtri) ut merum tibi *ſceleton*, atque *ἀναλυσις* ſolum, nudi *thematis* appareat.

Imitare, ſi lubeat, ſi in rem faciat & *ἐυτραπελίαν* tuam, & (quod *pictores* carbone nonnunquam ſolent) rudiori primum calamo, *thema* tuum delineato; vivos *eloquentiæ* colores, non eſt quod mox ſuperinducas, quin potius holoſericos *Oratoriæ* pannos ſuper-induas poſtea.

Thema

Thema *primum* Contractius.

Quo ſemel eſt imbuta recens, ſervabit odorem
Teſta diu.——

NEmo poteſt illos dediſcere mores, aut eam excutere vivendi rationem, ad quam ab ipſis olim incunabulis aſſuevit. 1. Propoſitio.

Quoniam impetus ille primus, teneræ pueritiæ inditus, tam magnum habet in univerſa hominum vita momentum ut dediſcat id ſero, quod *quis* didicit diu. 2. Ratio.

Quæ enim longa annorum ſerie, frequentiſſima actionum iteratione acquiruntur, in alteram quaſi naturam tranſeunt. 3. Confirmatio.

Quemadmodum enim avium pulli, & ferarum catuli, ſemel manſuefacti, ſemper manent cicures, etiam quando in grandiores evaſerint: non diſſimiliter quos didicerit mores *puerilis* ætas, eoſdem etiam tum quando adoleverit, penitiſſime ſibi infixos uſque retinebit. 4. Similitudo.

Ovidio, ſcribendis verſibus à teneris annis dedito, tam familiaris ac pene naturalis facta eſt *Poëtica* facultas, ut illi per univerſam deinceps vitam, *Sponte ſua numeros carmen veniebat ad aptos.*— 5. Exemplum.

Nec diſſimiliter contigit in reliquis artibus, vivendique inſtitutis, quin quibus eſt imbutus vitæ, ac morum præceptis à teneris annis, iiſdem ſeſe ſemper addicat ſenex. 6. Exempli accómodatio.

——Ad quid enim aliud reſpexit *Cicero*, cum dixerit, "*Nullum nos poſſe majus meliuſve Reipublicæ* "*afferre munus, quam docendo & erudiendo juven-* "*tutem*? Num *hoc* innuere illum non putabimus, *viz.* quod *recta juventutis inſtitutio*, ad ſummum Reipublicæ emolumentum conducat maxime? 7. Teſtimonium.

Proinde ſiquis in votis habeat, *liberos* ſuos ad 8. Co claſ.

virtutem formare, ac bonos mores; id imprimis operam det, ut virtutis atque pietatis *odore*, ab ipsis statim fasciis, intimius imbuantur; *quem*, ad extremam usque senectutem redolebunt.

——*adeo in teneris assuescere multum est.*

Secundum Thema *contractum.*

——*Vires cit vulnere Virtus.*

1. Propositio. ANimus vera virtute imbutus, nullis infortunii cumulis succumbit, sed eo semper insurgit alacrius, quanto deprimitur violentius.

2. Ratio. Nam cum virtus *Dei* sit progenies, nihil plane juris in eam habent, nullum prorsus impetum aut vim exerunt *hæc* inferiora.

3. Confirmatio. Quippe quibus est à natura vis debilior indita, quam quæ, oriundam cœlitus virtutem, etiam cum est pressa opprimat.

4. Similitudo. Ut enim flamma ventilando dilatatur, non extinguitur: ita majores subinde vires, ex vulneribus acquirit suis *virtus*.

5. Exemplum. *Antæus* olim, uti narrant Poëtæ, in terram dejectus fortior assurrexit.

6. *Exempli* accõmodatio. Nec quisquam animo vere forti ac virtuoso præditus, unquam dubitet, quin ipse melior, longe ac virtuosior suis ex miseriis sit emersurus.

7. Testimonium. Adeo verum est quod præclare, Cicero *Virtus* inquit, *In tempestate sæva quieta est, & lucet in tenebris, & pulsa loco manet tamen, nec alienis unquam sordibus obsolescit.*

8. Conclus. *Solius* idcirco radiis videtur scriptum, nullis enervari, aut frangi fortunæ casibus *virtutem*, sed ex ipsis vulneribus auctiores postmodo vires indipisci.

Quo

Quo reſpiciens Virgiliana illa *Sibylla*, Æneam oborientibus bellorum procellis extimeſcentem, ſic hortata eſt—*Tu ne cede malis, ſed contra audentior ito.*

Tertium Thema *contractius.*

Solius temporis honeſta eſt Parſimonia.

1. Propoſitio.

NUllius præterea rebus adeo honeſte parcitur, ac *temporis.*

2. Ratio.

Nam aliarum rerum omnium damnum poteſt reparari; unius autem *temporis* noſtri jactura eſt irreparabilis.

3. Confirmatio cum ſimilitud.

Quoniam ea *temporis* eſt natura, ut in perpetuo conſiſtat fluxu; nec recuperari, ſemel prætermiſſum poteſt magis, quam *fluvius* cogi ut in fontem ſuum præterlapſus refluat.

4. Similitudo.

Perinde enim ut in unica colligendæ *meſſis* tempeſtate, nemo poteſt honeſte vacare otio: ſic etiam eſt in omni fere *vita* (quæ virtutis & eruditionis quædam *meſſis* eſt) ut imprudenter ſemel amiſſam *occaſionem* inique poſtea requiramus.

5. Exemplum.

Atque inde fuit, quod inſignis ille *Apelles*, ægre tulit abiiſſe ullum ſibi *diem*, in quo nullam prorſus lineam duxiſſet.

6. *Exempli* accommodatio.

Quanto magis decet *nos*, quibus *Chriſtianæ* veritatis oborta eſt lux, parciſſimos *iſtius* eſſe *temporis* diſpenſatores, quod ut ſemel amiſſum non poſſumus *redimere*, ita & de quolibet *illius* momento, exactiſſimam olim debemus rationem *reddere.*

7. Teſtimonium.

Quocirca, recte admodum eſt à *Poëta* monitum, *viz.*

Utendum eſt ætate, cito pede præterit ætas,
Et nunquam redeunt qui periere, dies.

8. Concluſ. Cum itaque nullius tam ſit honeſta rei, ac *temporis* parſimonia, adeo ut ingenuum puderet, *illius* eſſe prodigum, recte quidem præcepit ille —" *Quod facis id facias ſtudioſius*, &c.

Finis *Thematum* Contractorum.

Et jam tempus equum ſpumantia ſolvere colla—

Namque ita puto *me* jam, facem *tibi* præ-luiſſe ſatis clam, qua non *Methodum* tantummodo *Thematis* videre, ſed & *Formulas* quoque tam longiores quam breviores, *Thematibus* tuis aſſuere poteris, & adaptare; imo ſi lubet, omnes omittere tuo pro genio, pro ingenio *Tu* faxis, *ſiniſtra* ne capias manu, quæ *dextra* porrexerim. *Vale* & fruere.

Exemplum Orationis, *qua gratias agimus, veniam* ludendi *impetrantibus.*

Honorande Mecœnas!

ZEno *Cyticus*, cum *Apollinis* oraculum conſuluiſſet, ut ſciret *quo pacto optime vitam traducere poſſet*, eum hanc fertur reſponſionem accepiſſe: *feliciſſime* illum, & omnium optime *victurum*, * *εἰ τοῖς νεκροῖς συγχρωτίζοιτο*. Innuens, bonarum *literarum* ſtudia, (quibus *impalleſcunt* ſtudioſi (*ſola* poſſe hominem vere *beatum*, & felicem reddere. *Nullos* itaque labores, *nullas* vigilias recuſaverunt antiquiores *Philoſophiæ* Antiſtites, ut multifaria rerum cognitione poſſent excellere. *Cleanthes* aquam *in tempeſtiva* ſæpius *nocte* haurit, ut interdiu ſtudiis incumbat ſuis. *Ariſtotele*

* Si concolor mortuis fieret. *Laert.*

ſtoteles inſomnes agit noctes, ut ita evadat *Philoſophorum* princeps. Sed cum *mentis* intentioni *corporis* vires ancillari ſoleant, neceſſe eſt, ut ipſius *corporis* aliquam pariter ineamus curam, vires noſtras *(ut ſolent Agricolæ domos & caſuras caſas)* qua poſſumus arte ſuffulcire. Utinam eſſent nobis, ô utinam eſſent *Herculeæ* vires, *adamantina* corpora, ut nulla nos retardaret laſſitudo! Utinam nulla eſſet in *nobis* debilitas, ut recta ad *Muſarum* ædes properemus, ſine iſtiuſmodi *ludorum, & recreationum diverticulis!* Quid igitur faciendum eſt nobis *ſtudioſis*? num ſemper ſtudendum? nemo poteſt: an *ludendum* ſemper? nemo debet: cum autem *luſus* ſit animi defeſſi relevamen, & velut *pabulum* quoddam *ſtudiorum*, ille etiam ſubinde *juventuti* concedendus eſt, & feriis noſtris *ſtudiis* immiſcendus, ni omnem è *cœlo ſolem*, è *corpore animam* tollere videamur. *Luſus* eſt velut *corpus*, *Doctrina anima*; tolle *animam*, & *corpus* eſt *cadaver*; tolle *corpus*, & ubi ſubſiſtet *anima*? Sicut igitur *Caſtor* & *Pollux*, ſi ſeorſim appareat, *nautis* infortuniũ & *naufragium* minantur; ſi conjunctim, boni *ominis*, & *ſerenitatis* præbent indicium: Pari item ratione, ſi luſus refectionem, à ſtudiis noſtris profligemus, naufragium faciemus *valetudinis*; eam ſi adhibeamus, in profundi limum *ſtudiorum* & literarum *Oceanum* tuti provehemur. *Gratiis* itaque millecuplis *te* impertimus *(digniſsime Domine!)* qui *utilia* noſtra *ſtudia*, *dulci* recreationis luſuumque *Nectare*, tam benevole dignaris *aſpergere & irrigare*, Noſti *tu* quod *ſtudere* ſit nobis *utile* futurum; noſti etiam quod *ludere* jucundum fuerit & dulce; *prudentiam* igitur laudamus, miramur, ad cœlos efferimus tuam, qui *co-unis* hæc duo, & *conjungis* in *nobis*, ac proinde unanimi conſenſu, tibi cum *Poëta* omnes acclamamus:

Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci.
Dixi.

Alia Oratio Salutatoria.

Digniſsime Domine!

Millies *te* ſalvere jubet *Genius* hujus *loci*, (ſacerrimi *Muſarum* ſacelli!) montis *Heliconii* Dryades; fontis *Pierii* Naiades; *Dii indigetes*, chorus iſte integer *Apollineus*, (*magnum Jovis incrementum*) qui *tuum* huc omnes congratulamur adventum. Sedemus hic *nos* (ut vides) & libentiſſime ſedemus, in hoc *Palladis* delubro, in hoc Muſarum *Parnaſſo*, ubi nihil ſonat non literarium. In hoc *ceſpite*, noſter *Apollo*, hujuſce *chori præcentor*, Præceptor ſedet; *lyræ* ſuæ dul-
Virg. Eclog. 8. ciſonæ *melodia* nos incantans; in *iſtiuſce ripæ* crepidine, *Minerva*, & juxta *illam*, *novena* reliquarum *turba Sonorum*——*quarum ſtupefacto carmine Lynces*; quarum plus quam *Sirenio cantu*, nos (circumfuſa *corona*) conglomeramur undique, *auribus animiſque capti*.

Narciſſum canit *Poëta*, (viſa in lympidiſſimo fonte imagine ſua) ſuam adeo deperiiſſe umbram, ut *non illam Cereris*, *non illum cura quietis*,
Ovid. Met. l. 4. inde potuerit abſtrahere. Et hic etiam vides *ſtudioſos* adoleſcentulos; *veram* virtutis *faciem*, in ſalienti *ludi* hujus literarii *rivo* intuentes, in *flammæ* honeſtæ eruditionis abire *totos*, ut *non illos Cereris*, *non illos cura quietis* abſtrahere hinc poterit; adeo non ſolum *immorari* ſingulos, ſed hiſce etiam ſtudiis *immorari* juvat! Quis enim *noſtrum*, eſt tam abjectus animo, tam affixus terræ, tam prorſus nihil cogitans, de *ſapientiæ* dignitate, quamvis *primoribus tantum labris*, tam ſacros *literarum* pitiſſavit *latices*, qui *illud* in optima cauſa

non

non uſurparit, quod *Virgiliana Dido* in peſſima
—*Sic, ſit, juvat ire ſum umbras.*———
—*Luſcineis* tantam eſſe, aiunt, canendi voluptatem, ut in ipſa contentione, vitam finiant aliquando ſuam, ſpiritu, quam cantu, prius deficiente; Quid ni igitur & *nos*, quibus——
Ex meliore luto finxit præcordia Titan harum ſi non *ſuperemus*. *æmulemur* ſaltem diligentiam? Hinc multa de *Ariſtotelis*, *Cleanthis*, & *Plauti* memorantur induſtria; *Varronem* autem ferunt, tam multa *legiſſe*, ut aliquid ab eo ſcriptum eſſe, mirantur aliqui: tam multa *ſcripſiſſe*, quam vix cuiquam facile, in univerſa vita vel *legere* quidem videatur. Hos *heroas*, dum *nos* quamvis (ut *Aſcanius* patrem) *non paſſibus æquis* inſequamur, macies in *geneis*, hebetudo in *ingeniis*, debilitas in *nervis*, lippitudo in *oculis*, abſumptio *ſpirituum, membrorum* laſſitudo in *nos* graſſatur. Irrepenſabili igitur & non *ſolvendo ære*, tibi (*vir ornatiſsime!*) æternum obſtringimur, qui *nobis hæc otia factum* veniſti. Segneſcit enim *arcus*, qui nimis intenditur, hebeſcit *gladius*, qui ſemper diſtringitur. *Remiſſio* igitur & *intermiſsio* ſtudiorum, utilis eſt *nobis*, & neceſſaria, *ſic enim quod *libenter* facimus diu etiam faciamus: *Tibi* igitur *ex gratiarum hortis*, *ecce ferunt pueri calathis præconia plenis*; nec *manipulum* gratiarum, quin confertos *faſces*, nec *gutulas* aliquas in *fextario*, verum integrum *cedum*, illibarum *dolium*, *oceanum* gratiarum. Adeſte igitur quotquot hic eſtis *Nereides*, & veſtram *gratiarum* ornam, in *aures* hujus *inclyti Domini* ſigillatim infundite: Ego mox dux prævius, ſum inceptura, *vos me* ſequimini, *læto complentes murmure cœlum* & claſſicum ſimul eboate veſtrum, accinentes, *Gratias.*

Dixi.

* —Ut ſic omnibus una quies operum, labor omnibus unus —— *Georg. lib. 4.*

Exemplum trium Declamationum { Defendentis, Opponentis, Moderantis.

In quibus Oratoriarum *uſus* formularum, & *Praxis* oſtenditur.

Præſtat Minervam in Scholis, *quam Dianam in* Sylvis, *comitari.*

Auditores vere aurei, & auriti!

pag. 39. GRæci veteres Εὐκαιρίαν magni facientes, ſolebant priuſquam opus aliquod aggreſſi eſſent, *Opportunitati* ſemper litare; *ego* quoque, licet omnium in hoc toto *Apollineo choro* indigniſſimus, cum in hoc ſacerrimum *Muſarum* ſacellum, nuper admiſſus fuerim, æquum putavi, *his in aris*, hoc in *ſuggeſto primitiarum* mearum ſpem, veſtris *auribus* litare, & vicibus meis hodiernis, in hoc *declamandi* munere defungi; *Veſtrum* idcirco favorem, & æquanimitatem, in orationis jam inſtitutæ *veſtibulo*, velut *Mercurium communem* humillime imploro. *Vos* itaque *animis* adeſte, qui adeſtis *corporibus*, atque ceu tot *Dii Nixii*, pinguem meam Minervam jam parturientem adjuvate. *Quæſtio*, quam cepi diſcutiendam, *veſtram* meretur attentionem; quippe de *laude literarum*, & ſtudiorum apud vos *literatos adoleſcentulos* dicturus ſum; & irrefragabilibus *argumentis* hoc eſſe verum demonſtraturus longe *præſtare Minervam in ſcholis, quam Dianam in ſylvis comitari*. Cujus ſententiæ *genuinus* hic eſt (ni fallor)

Expoſ. pag 83. *ſenſus*; longe *viz.* conducibilius eſſe, ab ineunte ævo, unis *literarũ* ſtudiis, omni conatu deditũ eſſe, omnibuſque aliis ſpretis voluptatibus, immenſo labore,

labore, diuque noctuque, cum *deſpectu* & *diſpendio* bonæ valetudinis, eruditam eruere *ſermonis* artem, Romanæ pariter atque Atticæ linguæ *ſucco & ſanguine* refertum eſſe: denique in *Muſarum officina*, eandem *incudem*, uno opere, diem noctemque, aſſiduum *tundere*, quam evanidis *liquefieri* voluptatibus: quam *venationi*, & canibus venaticis indulgere; quam ſecurum otioſumque in utramq; *aurem* dormire; quam pernoctare in alea, dies integros *compotare* & laſcivire; aut denique ipſam *Dianam in ſylvis comitari*. Confirm. à cauſa. pag. 92.

Rationem hujus, ſi quis indagaverit, multiplicem inveniet, quarum hanc non eſſe infimam judicabit, quod humaniorum *literarum*, quamvis *radicem* eſſe amaram, omnes (heu!) nimium experimur; at dulciſſimos inde poſtmodo *fructus* deguſtamus. Quid enim non utile, quid non jucundum eſt in literarum ſtudiis, in *ſcholis* hiſce *Palladis*? Ex hiſce *viri* emergunt *literati*, qui in faſtigatiſſimos *Reip.* honores evehuntur; ex his procedunt *magnates*, qui terrarum *orbem* ſua premunt ditione: ex his orti ſunt viri egregii, qui ſuo labore & *ſtudio* divitias ſibi accumularunt, quæ *Pelopis* talenta, *Craſſi* pecuniam, *Cræſi* theſauros multis paraſangis ſuperarunt: facile eſt tantam literarum utilitatem, neceſſitatem tantam perſpicere; ut abſque *illis*, homines in *belluas*, in *truncos*, in *lapides* dicamus (cum *Ovidio*) transformari. Sunt *nobis* ingenia, ad ſtudendum à *Deo* conceſſa, eſt *ætas* ad ferendos labores commoda; datur opportuna ſatis nunc *occaſio*; dantur *parentes*, qui nos huc miſerunt; conceduntur ab *illis* ſumptus neceſſarii; nobis *nihil* deeſt præter *nos* ipſos, & nos (proh dolor!) *nos* inquam, *nobis* ſtudioſi deſumus. Utinam non cœcutirent *nobis* oculi, ut videamus; utinam non ſurdeſcerent *nobis* aures, ut audiamus, totam univerſæ

naturæ fabricam, nos ad *labores* excitantem: ipsum *cœlum* suspicite, sunt *omnia plena laborum*; *Sol* quotidie celerrimo motu *circumgyratur*; *Luna* suas *menstruas* peragit, *peragratque* vicissitudines; In *terris* videmus parvulum illam *formicam*, magnos quotidie *labores* subeuntem; si præstaret *ludere* an otiari, quam (quæso) ob causam *illa* tam graviter laboraret in congerendis *frumenti* granis, nisi quod inde levamen se sperat habituram *hyemalis* esuriei? ut & *nos* pariter ex literarũ stupio eruditionem, *honores* & divitias, & sempiternam denique, jucundæ voluptatis messem decerpturi sumus. *Minervam* igitur *in scholis comitari præstat*. E regione vero quid quæso ex *otio*, ex venationibus, ex *lusibus* acquiritur? nihil nisi *dedecus*, infamia, *pudor* & paupertas, ignavo & otioso comes est viro. Dignum *eum* sibilis, dignum remur supplosionibus, qui *compressis* in messe *manibus*, otiosus sedet, aut inutilibus sese *implicat* negotiis. Quem quæso reportavit honorem *Sardanapalus*, ex luxu, ex lusu, ex venationibus, ex *turpissimis* (quas insectabatur) *voluptatibus*? plane nullam: adeo qui gloriam exspectat, aut honorem expetit, *Minervam in scholis comitari debet*.

Contra. Exemp. pag. 94.

Simil. *Quemadmodum* enim longe est præstantius, illud sequi *vitæ* institutum, quod post *acerbum ingressum*, fructus præbet quam dulcissimos; ut præstat *agrum* colere, quamvis difficilis savierit *hyems*, vernisque *Iupiter* morosus extiterit: & *mercaturam*, quantumvis horride increpuerit *adversus Boreas*: ut nemo *mel*, tametsi ab aculeatis *apibus* colligitur, aut *rosas* aversatur, quamvis è *spinis* subnascuntur, eo quod suavissimum spirant odorem, & subsequens lætitia, præteriti laboris asperitatem leniorẽ reddit: Non dissimiliter profecto, *quis nisi mentis inops*, Minervam

in

in *scholis* relinquat, quamvis prima fronte minus vennsta videatur, *Dianam* sequuturus, quæ utcunque temporanea *nos* perfundere videatur voluptate, at nostras denuo *mentes* doloriferis exagitabit aculeis? Proponite vobis (*Iuvenes Philomusi!*) heroica illa antiquorum *exempla*, *Semideos* illos imitamini *Antistites*, qui *Minervam* in studiis & laboribus, quam *Dianam* in voluptatibus, maluerunt sequi. Quæro abs te *Hercules*, quibus *tu* tandem gradibus, ascenderis in *cælum*? Quomodo (quæso) *tu* tam nobilis, tam celebris factus sis? profecto licet *ipse* jaceas jam sepultus, *tuum* tamen nos sat canore alloquitur hodie *exemplum*, te (scilicet) per tuos labores vere *Herculeos* evasisse inclytum. Possim *te* Aristoteles, te O Plato, *te* Socrates, *te* Cleanthes, quos nequeo, ut velim, ostiatim salutare. Te *testem* appello, mi Diogenes, tuosque *testor* consopitos cineres, qui dixisse diceris, *te malle* *salem Athenis lingere* cum *Minerva*, & gravissimis literarum studiis (in *dolio* tuo fatigari) quam *solium* Alexandri aut Crateri voluptates possidere. Exemp. p. 101. Test. p. 95.

Sed quisnam *ille* est, quem audio, *susurrus*? quis est? (aliquempiam enim mihi audire videor) qui jurejurando asserit jucundissimum esse, *odoram canum vim*, toto insectari die; *cervos* in retia cogere, *lepores* venari, & voluptates, quas præbet *Diana*, degustare. Quid audio? *pecudisne* vocem, an *hominis*? sylva ad pecudes, & feras potius, quam ad homines delectandos destinatur? Nos decet *libros*, & *literas*, non *lupos* aut *lepores* venari. Adeone vero, in ipsas temporum *fæces*, & *sentinam* vitiorum incidimus, ut *Bacchus Apollini*, *Venus Palladi*, *Vacuna Calliope*, & *Diana Minervæ* præferatur? quis *hæc* antea fando audivit? quis audiendo non incandescat? quisve *videndo*, ignem & flammas non concipiat? Object. p. 117. Confut. Concl.

Sed

Sed *vos* (*nobilior propago, igniculi heroici!*) cogitate quæſo, quod *honor*, quod *dignitas*, quod *eruditio*, & quod *ſapientia*, laboribus comparantur; quod *venationes* & *luſus*, animos veſtros effœminatos faciunt; quod in *feras*, & *efferos* lupos, transforment. Macti igitur eſtote (*eruditi* condiſcipuli!) & ſtudii Oceano, *validis incumbite remis*; ad *Cleanthis lucernam* evigilate; *vita brevis*, Pathop *ars longa*: Sinite *Æſopi gallos*, unicum *hordei* granum, ſupra omnes *gemmas* expetere; *nuces* & nugas, *ſylvas* & feras, venationes & *canes*, fatuis illis relinquite, qui malint *unicam* ludendi *diculam*, quam univerſam *doctrinam*. Rodant *canes iſti* ſua oſſa, habeant *aſini* ſuas paleas; at *mihi* & *vobis*, unus *dies*, una *hora*, in *Muſarum ſtudiis* tranſacta, omni *luſuum* & venationum *æternitati* præferenda eſt. Ex *voluptate* enim ignorantia, *dedecus*, & tranſitoria deliciarum titillatio tantum acquiritur; ex his vero *ſtudiis*, longe *uberrimam* gloriæ *ſegetem* percipietis, nulla *verborum*, nulla *temporis* falce demetendam.

Dixi.

Dianam in ſylvis, *quam Minervam in* ſcholis *comitari præſtat.*

Commilitones ſuaviſſimi!

Oppo- nens. Exord. p. 64.

ALexandrum illum *Macedonem*, orbis terrarum *Monarchum*, cum nunciatum eſſet, *Darium* contra ipſum *triginta* militum adducere *Myriades*; reſpondiſſe ferunt, *unum lanium multos ovium greges non metuiſſe*. Pari item ratione ego, utcunque *adverſarius* meus, *cervinas* ſuas *copias*, numeroſas rationes, prolixam orationem, in *aciem* diſpoſuit, futiles tamen ejus proba-

probatiunculas, uno *veritatis* enſe, velut *gladio Delphico*, diſſecabo. Quis enim, quis (inquam) habuerit verſipelli huic *Crocodilo* fidem, qui quamvis *luſum* ſaltumque, *ſylvas* & *lepores* in deliciis habeat, *vobis* tamen perſuaſum iri velit, *ſe* adeo eſſe literarum *ſtudioſum*, adeo inhærere chartis, nocteſque inſomnes agere malle, quo *Minervam in ſcholis comitetur*; quam *venari*, *aucupari*, damas inſectari, voluptatibus indulgere, & denique quam *Dianam in ſylvis comitari*?

Sed ea eſt *hominum* natura, ut non ad labores ſolum, cum *bobus*, vel *aſinis* perferendos, facta ſit: ſed ut *melleam* voluptatis deguſtare poſſit *dulcedinem*. Potes *tu* ſtudere (*mi ſtudieſiſime Antagoniſta!*) potes *tu* inhærere totus libro? potes tu obnixe *labores* pati? poteſt hoc & *bos*, poteſt & aſinus (imo labores longe majores quam tu) ſufferre. Sed cedo *mihi* virum, qui uti didicit *voluptatibus*, qui novit genio indulgere, & vitæ tempus à Deo præſtitutum, lætus & hilaris tranſigere; qui poteſt in ſuccreſcente ætatis ſuæ *vere* luxuriare; & vires à natura datas fortiter exerere. *Anaxagoram* ferunt, è vivis modo exceſſurum, omnes omnino honorarios ritus recuſaſſe, quibus *ſui* illum, *cives* amici decorare ſtatuiſſent, *unicum* hoc in votis habens; *ut quo die mortem eſſet obiturus, omnes pueri, qui artibus mechanicis; omnes ſcholaſtici, qui liberalibus ſcientiis, operam navaſſent ſuam* (ab omni labore feriati) *diem illum feſtum quotannis agerent*. Egregium profecto factum, & poſtulatum *Philoſopho* quam digniſſimum! A quibus enim *juvenes* in ipſa ſtudiorum *incude* poſiti, potius exſpectarent *vigiliarum* ſuarum *intermiſſionem*, quam ab illis qui *ſub eadem* olim *ferula* meruiſſent; qui cum diſpendio bonæ valetudinis, eandem lucubrationum fuliginem combibiſſent? Noverunt *illi*, quam præruptus ſit *Parnaſſi* montis

Confut. à Cauſa.

Non ideo vivimus ut ſtudeamus, ſed ideo ſtudemus ut ſuaviter vivamus. *Eraſ.*

aſcenſus ; quam ſalebroſa ſit *via*, ad Helicona ducens. Idcirco ut *diverſoria*, & hoſpitii loca neceſſaria ſunt, *iter* longiuſculum *ſuſcepturo*, ita reſpirandi poteſtas nobis eſt danda, ut ad *luſus* & jocos, ad *ſylvas* & venationes divertamus. Quotus enim quiſque reperitur è *vobis*, qui non malit *feriari*, quam ſe laboribus *macerare*? qui *dies feſtos*, magno cum deſiderio non exſpe-

Contra. ctat? qui *ferias indictas*, arrectis auribus non hauriat? Rurſus, quanto cum dolore, redit *agricolis labor actus in orbem*? quanto cum cruciatu pueri in piſtrinum literarium detruduntur? quantis cum *lacrymis*, *verbis*, & *verberibus* adacti? Nec immerito: nonne enim eſt *ille* ſtultus miles, qui ſe in *prælium* trudere velit, & gladiis *hoſtium* ſtrictis objicere, cum liceret *in pace vivere*, otio frui, & voluptatibus? pari ratione *ego*, *illum* non ſtultum, ſed *inſanum* judico, qui exoptat

Simil. *Minervam potius in ſcholis*, *quam Dianam in ſylvis comitari*. Quemadmodum enim vita illarum *beſtiarum*, aviumque longe eſt jucundior quæ ſua in ſaltu & in nemoribus, fruuntur libertate, paſtumque & potum habent, hinc illinc conquiſitum, quam cicutum, quæ in *crate* aut *aviario* aſſervantur: ſimili ſane modo non poteſt non *miſerrima* eorum eſſe vitæ *conditio*, qui in parietibus, in *ſcholis*, in *muſæis* ſuis includuntur, nulla potiti refectione, præ *illorum* feliciori vitæ ratione, quæ in ſylvis vagantur, qui voluptatibus perfruuntur, qui *lucos indagine cingunt*, & *timidis cogunt in retia*; adeo *Dianam in ſylvis comitari juvat*. Quid tu (ſapientiſſime Phi-

Exemp. loſophorum) tu (inquam) O *Socrates*? annon *tu* pueriliter ſæpe cum filio luſiſti tuo, equitaſti in *arundine longa*, ſaltationes non ſolum probaſti, verum etiam *ſenex* didiciſti? O ſi tu *Hippolyte* jam inter vivos eſſes, perſuaſum habeo; *te*

meam

meam velle tuo patrocinio opinionem, ab impetuoſo, & petulanti *adverſarii* mei inſultu vindicare. ———

Tu enim ſolebas *canibus* delectari, tu mandare ſociis tuis *umbroſas ſylvis cingere*, & *ſcandere colles*, *ſemper canos nive Riphæa*. *Tu canibus tacitis habenas laxari velis*, *tu acres Moloſſos & pugnaces Creſſas*, *trito vinculis* collo coercere, quo minus in *feras* obvias, rapidiſſimo curſu deferantur. *Tecum* etiam ſentit, & in *tuam* conjurat opinionem *Xenophon*, qui magnis encomiis artem *venaticam* extulit, & *ſophiſtas* reprehendit, qui in pulvere ſcholaſtico, ſaluberrimum iſthoc exercitium faſtidientes, de rebus inanibus contenderunt. Hinc *Plato* venatorem, equis & *canibus*; & corporis viribus deſtitui omnino prohibet. Imo quid aliud fere *Magnates*, quam venantur? *Nobile* quidem exercitium eſt venatio; *ſtudiis* autem *impalleſcere*, neminem niſi ſtrigoſos, imbelles, *exangues* vidimus; proinde *Dianam in ſylvis*, *comitari præſtat*. Sed *tacitos* hic ſubaudire videor aliquorum *ſuſurros*, qui ogganiunt *nobis*, venationem, & *voluptatem*, maximam eſſe generoſæ juventutis perniciem, & precioſas ſuas *horas*, floridiorem ætatem, (velut immenſa quadam voragine) abſorbere: hinc adeo eſſe, ut *nobiles*, omni vitiorum genere ſæpius inquinentur, & in ipſa *ſcelerum* ſentina, & voraginoſa vitiorum *Charibdi*, turpiſſime & *beluine* volutent. Sed iſta ſunt *cæcorum* de *coloribus* judicia: *miſeri* illi *homuncione*s, ignorant quantum honoris quantum temperantiæ ſit inter *viros generoſiſſimos*, qui toros aliquando jejunant dies, & vitam vivunt *Diis* perſimilem. Sed ad *portum* jam tandem feſſa noſtra feſtinat carina; Cum itaque varias præbet *Diana* voluptates, cum *Pan*, *Fauni*, Satyri, *Dryades*, *Sylvani*, *Semidei*, illi ſunt comites quo-

Sen. Hip. act. 1.

Teſt.

Object. p. 117.

Confut.

Concl. p. 128.

Per Re cap.

quorum *omnes* ſano fruuntur corpore, integræque præditi valetudine, habent membra ſucci & ſanguinis plena; cum ad labores, ad *militiam* aptiores evadant, qui venationibus indulgent, & feras *odora canum vi* inſectantur; cum autem qui recreationes has fugiunt, moleſtiis ſe plurimis *enervent*, laboribus *macerent*, curis conficiant, *morbos* varios, imo *mortem* ſibi præproperam plerumque acceſſant, & rarius in *annoſam* provehantur *ſenectutem*: nemo autem ullum unquam à *luſu* & otiis, à *feriis* & jocis, à venationibus & voluptatibus detrimentum acceperit; nullus unquam nos *catarrhus*, *nulla febris*, lippitudines nullæ, *nos* infeſtarint: Prodeas *tu* tandem aliquando (*Antagoniſta mi!*) faciem ut inſpiciamus tuam, reſponde mihi quare ſunt adeo *pallidæ* tibi & *exſangues genæ*? quid eſt quod *ægrotes* toties? quid toties *doleas* capite? *labores* ſtomacho? cur *pallor in ore ſedet, macies in corpore toto*? Annon hæc à ſtudiis, à ſcholis multum venerandæ tibi *Minervæ*? credo equidem, nec vana fides.

Pathop.

Valeas itaque *Tu* cum ſtudiis tuis, vade cum *libris*, depereas *Tu Muſas*, comitare *Tu Minervam tuam*, & cæteram *muliebrem turbam*: *ego* interim, & omnes mei commilitones, *Heroinam* noſtram *Dianam*, in ſylvis ſequemur, ſequemur *canes* venaticos, amabimus aucupia, *lepores* & lepidas alias voluptates diſſuaviabimur. Claudam omnia cum Virgiliano illo Corydone:

—*Habitarunt* Dii *quoque ſylvas,*
Dardaniuſque Paris; Pallas, *quas condidit arces*
Ipſa colat; nobis placeant ante omnia ſylvæ.

Dixi.

Ambigitur

Ambigitur, utrum præſtet, Minervam in Scholis, *quam Dianam in* ſylvis *comitari.*

Heliconiæ juventus!
Minervæ filioli! } Modera.

SImillima mihi videtur hæc, quam audiſtis, *logomachia*, celebratæ illi *Ajacis* & *Ulyſſis*, apud *Græcos*, pro *Achillis* armis contentioni; *vos* autem, qui circumcirca *conſluxiſtis*, coronam illam *procerum*, & militum *illos* undique conſtipantium, repræſentatis; utrumque vidiſtis *ducem* in hac arena, ſortiſſime deſudantem; utrinq; ſonoros *bombardarum* boatus audiviſtis, & utriuſque *exercitus* arma crepitantia. Exuendæ jam *loricæ* complicanda *vexilla*, & utrique *aciei*, canendum receptui. Sed cum *dubio Marte*, utrinq; pugnatum eſt, *dubius* etiam ego animi ſum utri jam *palma* ſit deferenda: *Tu* enim *Minervæ* partes aſſeruiſti ſtrenue, & *tu Dianæ* vindicaſti viriliter. Quid jam faciam *ego*, qui ad haſce lites dirimendas, huc conſcenderim; vereor ne *Paridis* à me; fiat judicium, Venerem *Palladi*, Venerem *Iunoni*, Dianam *Minervæ*, indigniorem digniori præponendo. Verum enimvero quod de *Iuſtitia* fingunt Poetæ, *cæcam eam eſſe*: ego itidem omnis *præjudicii*, vel tegam, vel effodiam mihi *ocalos*, æqua *trutinans* lance utramque opinionem. Exord.

Magna proculdubio ſunt emolumenta, quæ *juventuti*, teneriſq; puerorum corporibus, ex ſylvis, ex venationibus, ex *luſibus* obtingunt: hinc *acies* mentis acutior efficitur, & ad altiores cogitationes elevatur; hinc amiſſæ, fractæ, & *exhauſtæ* virorum *vires* recolliguntur; hinc paratiores efficimur ad malitiam, & ad omnia fere laborum genera, quæ *delicatula* illa *corpora*, ſub tecto quotidie 1. Opponentis orationis eventilat validitatem.

tidie desidentia, quæ tenera *Mercurialium* virorum cutis & caro, nullo sustinuerint modo. Hinc optimi *legislatores*, curam habuerunt recreationum, & exercitiorum, quibus juvenum vires exerantur. Annon ob hanc solummodo causam, *Ludi Olympici*, *Pythiique* instituebantur olim ab *Apolline*, *Hercule*, aliisve viris sapientibus? Quis unquam *rex*, quis qui joculare bellum prius in *feras*, (ceu tot hostes,) exercere non solet, quam hostes revera *feros* aggressus sit? Quid memorem magnum illum *Æneam*, filium ejus *Ascanium*; cæterosque nobiles *Trojanos*, qui *apros*, damas, & *fulvos* in montibus *leones* insectabantur à *Te* etiam, castissime *Hippolyte*, te delectavit hoc venandi studium, & castam *Dianam*, in montium jugis *comitandi*: Tu solebas *indagine lucos cingere, & in sylvis per mille rubeta leones, & pavidas agitare feras*—Hoc idem est istud, quod *te* (nobilissime *Cyre!*) delectavit plurimum, *Tibique* (invictissime *Alexander*) ad orbem universum debellandum immensos addidit animos. Quinimo tantæ profecto voluptates sunt in *sylvis*, tam variæ in *venatu* delectationes, ut nemini mirum videri debeat, si *maneat sub Iove frigido venator, teneræ conjugis immemor, seu visa est canibus cerva fidelibus, seu rubit teretes Marsus aper plagas.* Hor. Od. 1. Miram enim haurit oblectationem cum

—pavidos formidine cervos
Terret, & est illi præda benigna lepus.

Quid igitur plures pariat voluptates, quam invia *sylvarum* lustra, canibus venaticis penetrare, & *Dianam*, nemorum custodem, in feris indagandis comitari?

Quin & magnum sane potioris vitæ instituti, hoc venationis studium promittere, & præbere p. 79. videtur

videtur ſimilitudinem. Quippe *prima* quaſi *fronte* tam probabilem rationis, & veritatis ſpeciem habet hæc vivendi, & *venandi* ratio, ut *Argi* centenos *oculos* (quos olim Mercurius) fallere poſſe videatur. Atqui *larvam* detrahite; & pulcri *Narciſſi* loco, turpem *Therſitem* invenietis; *oculatius* igitur hanc rem indagate, & *ſagacinare* odorantes, comperietis *venationis* exercitium, ad *corporis* tantummodo robur confirmandum valere; cum *mens* interea, languida, ignara, & vel in ipſo *ignorantiæ* antro tumulata jaceat. Quod ſi quando ludicris hiſce exercitiis, *robur* corporeum adauxerimus, quid quæſo *magnum* quid *utile* nobiſmet ipſis acquiſivimus? Si gloriamur de *robore*, ipſi *leones* nos longe ſuperant; ſi de *velocitate*, *cervi* & damæ: ſi de laborum, frigoris, & *caloris* patientia, *aſini*, *boves*, & *equi*, multis nos paraſangis præierint. Mentis idcirco cura ſuſcipienda eſt indies, noſtræ *animæ* indoles, & *ingenium*, omni ſtudio *acuendum*, & incitandum eſt. Relinquite igitur *corporis* curam, ſylvas, feras, & venationes deſerite; *libros* expetite, *animæque* tandem *veſtræ* ſuſcipite curam. Nam ut *extremæ eſt dementiæ*, *plumbeum* gladium, in *aurea* vagina recondere, ſic itidem *plumbeam*, & *ferream animam*, omnis eruditionis expertem, in *corpore* forti & *venuſto*.

Comparatio utriuſque.

Sed *hoc*, multos à *Muſarum* caſtris longe deterret, quod *nullas* putant inibi voluptates nullas *delicias*, ſed *auſteritatem* in fronte pene *Stoicam*; cum hilarem *intus* mentem lætum cor non videant: Judicant enim de *literarum ſtudiis* homines moderni, ut olim de *Socrate* Phyſiognomus; quem quoniam videbat, *taciturnum*, ſubtriſtem & (*facie tenus*) ingenio minus defæcato; bardum *illum* eſſe & fungum

Remotio objicienda.

gum judicavit, nulloque humanioris literaturæ conditum ſale; ſimili plane modo *nani*, & homunciones iſti, quoniam in *Minervæ*, & *Muſarum* facie *riſum* & *jocos*, in literarum *ſtudiis*, *luxum* & *crapulas* non conſpiciunt; *Apollinem* de auſteritate criminantur; *Muſas* ſeveras, & *Melancholicas* exclamant; cum *nulla* ullibi ſit *tam ſincera voluptas*, tam immixtum gaudium, quam inter *ſtudioſos*, in profectu *literarum*. Hæc autem hominum *monſtra*, qui *literarum* ſtudia hiſce *onerant* mendaciis, *vellicant* conviciis, à *bobus* nihil differunt, niſi quod non *mugiant*; facies eorum ſtupida eſt, *aſpectus* hebes, quorum ego *vos*, non omnino velim, *armenta* ſequi; utcunq; enim *aureos* voluptatum *montes* pollicentur, *fumos* tamen ſolummodo *vendunt*, venenata *pocula* melle oblinunt, & *Sirenii* cantus prætextu ſubmergunt plurimos. Cedat itaq; *Diana* Minervæ, *ſylvæ* ſcholis, & orationis *lepori* lepore. Vos *juvenes*, acriter ſtudete, inſomnes noctes traducite, ut *mentem* potius ornatam virtute, quam corpus viribus robuſtum habeatis; Sinite, (neque æmulamini) *Corydonem*, & *Pana*, qui *ruri* habitant, totum diem conſumere in voluptatibus, ſiquidem ex venationibus, *efferos* ferarum *mores* ediſcetis facile; ſed *ſtudite literarum* immortalem veſtri nominis memoriam poſteritati relinquetis. Si igitur *me*, hac in cauſa *Iudicem* conſtitueritis, optime *mecum* actum putabo, ſi *mihi* liceat, *ſalem* cum Minerva *Athenis lingere*, in *Diogenis dolio* ſecure ſtudere, *ego* præ una aut altera tam *ſacræ* cognitionis portiuncula, luxum *Sardanapali*, divitias *Midæ*, *Alexandri* ſolium, & (ut verbo dicam) *phaleratas omnes* voluptatum *illecebras* vitioſa nuce non divenderem. Non poſſum ergo quin *dicam*, & *pronunciem* quid *ſentio*, & *tecum* (erudite condiſcipule!) qui tuam primo ſuaviter oſtendiſti *Suadam*, tecum (inquam in *tuam*

Conclu.

am ire totus ſententiam, affirmaturus, *Longe eſſe optabilius, longe præſtantius*, Minervam *in ſcholis, quam Dianam in ſylvis comitari.*

Dixi.

Orationes, & Declamationes, habitæ in Schola *Lincolnienſi*, coram *Reverendiſſimis* Eccleſiæ Cathedralis *Dignitatibus.*

Necnon, corã venerabili *Civitatis* Prætore, & *Senatu*, benigniſſimis *Scholæ* iſtius compatronis, *viſitatoribus*, in Scholæ miſſione *Natalium.* Anni 1624.

Oratio Salutatoria.

Millies ſalvete *Veneranda (quotquot eſtis, in hoc celebri conventu) capita* ! omnes *ſigillatim*, ſinguli *conjunctim* ſalvete *Millies.*

IN occurſum *vobis* venio, iſtarum Ego *Apollinis* ædium, *admiſſionalis*, ut veſtrum huc auſpicatiſſimum adventum verbis gratulaver ſalutatoriis, *Intus*, hic, quæ ſumus *turba*, mirandam iſtam dignationem, *veſtros* omnium *ſervulos* quam humillimos inviſendi, animo perquam gratiſſimo, ſupplices agnoſcimus. *Cauſam* vero, cur veſtram tam ambitioſa *invitatione*, expoſcimus præſentiam, jam paucis accipitote.

Minervæ affinis quædam, & *pediſſequa*, quæ has incolit ædes, cui nomen, domina SCHOLA, Priſciano *Apollinis* ſignifero jam diu maritata, cum ex eo etiam *prægnaret*; ſenſitque ſe confeſtim

ſtim *puerperio* decubituram, *Materteras* ſuas omnes ex *Helicone* accerſivit, novem *Muſas*, tres *Gratias*, almamq; denuo præſentiæ veſtræ *Lucinam*, quam, ut manum adjutricem apponat, & propitiam agat *obſtetricem*, humillimis, quibus poteſt, obteſtatur precibus. Metuit enim *mea* jam uterum geſtans *Domina*, (quod *puerperæ* ſolent aliæ,) ſuarum in *partu* defectum virium; & extrinſecus acceſſuram *fœtui* injuriam. *Vos* autem probe defungemini *obſtetricis* officio, ſi *ipſi* jam parturienti animos feceritis; & teneram *hanc*, quam enixura eſt, ex *cerebello* prolem, (*Aviæ* hac in re haud ita multum diſſimilis *ſuæ*, quam cerebro *Iovis* natam comminiſcuntur) in veſtræ tutelæ *gremium* ſuſceptam, à tetrico *maledicorum* vituperonum *rictu* eripueritis, qui Dominæ hujus partum *literarum*, inceſto ore laniaturi ſunt, non ſecus ac *Saturnus*, ille vetuſtiſſimus helluo, qui ſuos ipſius *filios* devoraſſe dicitur. Atque hæc *una* (ſi placet) & *unica* ratio, nos impulit, ut geminatis votis, frequentiam *hodie* veſtram, jam diu à *vobis* optaremus ſolliciti; & jam nunc *voti* compotes, congratulemur. Quod reliquum eſt, *patent* hæ fores ſemper *vobis*, idque meritiſſime; quippe ſine veſtra omnium indulgentia, ne nobis quidem *paterent* hodie, aut nunquam ante hac patuiſſent. *Servulus* veſter, optime ſe functum legatione ſua exiſtimabit, ſi dignitati veſtræ placuerit, interiora *Dominæ* ſuæ penetralia aliquantiſper luſtrare, illuſtrare; in *quibus* ſperamus futurum, ut aliquod vobis (præſertim *propitiis*) & oculis & *auribus* dignum exhibeatur.

Dixi.

Eriſtica.

Eriſtica.

Veneranda corona!

HOdiernus, tam honorandæ frequentiæ, in ædes haſce *Minervales*, conventus, non abſimilis *mihi* videtur celeberrimo illi, *populorum* undecunque, & *magnatum*, ad ludos *Pythios*, & *Olympicos*, confluxui; quibus *comitiis*, fama eſt interfuiſſe, multifarios omnium generum concertatores, *Muſicos* Laniſtas, *Palæſtritas*, & quæ præterea, cunque excogitare poſſent γυμνάσματα, in quibus vel robur *corporis*, vel *animi* vires, quiſque ſuas experiretur: Pariter & *hic* (ut ſtatim videbitis) *Ajacem* & *Ulyſſem*, pro *Achillis* panoplia; *Æſchinem* & *Demoſthenem* pro *Suada ſua*; *Hippomanem* & *Atalantam* pro *ponis* aureis, in *arena* hac *literaria* (ut olim *pulvere Troico nigrum Merionem*,) pro virili ſua *luctantes* videbitis. Hor. Et ne forſan requirantur *hic* (qui apud *illos*) Reges, *optimates*, Duces, *Satrapæ*, illorum certaminum inſpectores; ecce *vos* (utramque illam impleturi paginam) *Heroes* adeſtis *literarii*; pueriles hujus *pancratii* ſpectatores. *Animis* itaque adeſte & favete *linguis*, dum prodierint *iſti* (quos narro) *Antagoniſtæ*: Βραβεῖον, pro quo contendunt, aureum *pomum* quod inter illos mittitur, eſt *aureum* illud *Alexandri*, de præceptore ſuo "*elogium*, ſe (nimirum) plus multo *Ariſtoteli*, *præceptori*, *Philippo patri debuiſſe*. Ingreditor itaq; theatrum *prior* tu *orator* futurus, aſcende *roſtra*, ſpecimen ede *ingenii* (ſi quam habes) *ſuadæ*, *nos* interim ſuſpenſas ſpondemus *aures*, & *altum* (pene dixeram *Pythagoricum*) *ſilentium* pollicemur.—

Dixi.

Alexan-

Defend. *Alexander plus debet Aristoteli præceptori quam Philippo patri.*

Ornatissimi Domini!
Auritissimi *auditores!*

Exord. Vid. Alsted. Encyclopæd. lib. 19. orat. de causis corrupt. Scholar. Idcirco quidam ait, in *Demosthenis* ipsius nunc orationibus, magnam *Demosthenis* abesse partem, scilicet *actionem* pronunciantis.

MEmoriæ proditum est, *Demosthenem* (omnium *Græcorum* disertissimum) interrogatum, *quot* essent necessaria ad *oratorem* habendam, respondisse *tria*; primum *actionem*, secundum *actionem*, tertium *actionem*; Quibus verbis nihil aliud voluit innuere, quam *Actionis* in oratoria facultate *dignitatem*: Sic exercitatissimus quidam *belli* dux, respondit *magna* cuidam *Principi*, ad *bellum* feliciter gerendum, *tria* requiri; primo *pecuniam*, secundo *pecuniam*, tertio itidem *pecuniam*. Me si quis interroget, *quot* sint *columnæ* status *ecclesiastici* & politici, respondebo *tres*, primo *scholam*, secundo *scholam*, tertio *scholam*. Tanta enim est *scholarum* necessitas, utilitas tanta, ut absque *illis* si sit, *puerilia* nostra, necesse est in *belluas*, in immansueros, inhumanos prorsus mores, in *monstra* denique immania degeneret. Natura quippe, absque *disciplina*, cæca est, & velut ingens ille *Polyphemus* sine oculo, *navis* sine nauclero, *corpus* sine anima. *Solum* telluris bonum, cultura cessante, sterilescit, quantoque melius fuit *natura*, tanto evadit *neglectu* deterius. *Neglectis urenda filix innascitur agris*, inquit, *Horatius*. *Parentes* quidem dant *nobis* ut simus *homines*, at *præceptores* efficiunt ut simus *boni*, eruditi, bene-
Propos. ti, & consummati; adeo ut non immerito dixisse videatur *Alexander*, se plus *Aristoteli præceptori quam Philippo patri debuisse*. Hac ego de re, dum dixero, dum immensum hunc tranavero *oceanum*, vos quæso *auditores* attendite, & adeste *animis*, qui corpo-

corporibus adeſtis, & quantum *præceptoribus* debeatis veſtris, agnoſcitote— Quid enim ſunt, *præceptores*, ac doctores *juventutis*? num (ut contemptim ubique nunc audiunt) triobolares *aſini*, plagoſi *Orbilii*, civitatum veſtrarum *mediaſtini*, mancipia! (Hoc enim eos *Hipponacteo* præconio, *terræ* filii, hodierni *Gaueones* inſigniunt) nequaquam certe. Quin, ut *Quintilianus* ait, alteri *parentes*, imo illis præſtantiores. A *parentibus* quæ accepimus *bona* cito amittuntur. *Opes* quas relinquunt *nobis*, novercantis fortunæ procellis ſubito diffiantur: *corpus* quod ab illis traducitur, ſi ſit *robuſtum*, Senectute enervatur; ſi *ſanum*, morbis emaſculatur; ſi *pulcrum*, febri una aut altera devenuſtatur: ſola autem *Animi* bona, qualia ſunt *doctrina*, eruditio, *ſapientia*, &c. quæ à *præceptoribus* haurimus, permanebunt, nec *morbis* defloreſcunt, nec *ſenectute* læduntur, nec *Fortunæ* imperio ſubjiciuntur. De *nobilitate* ſi quis intumeſcat, de *Patritio* ſanguine ſi quis ampulleſcat, dicam *eum* (ſi non admiſerit *inſtitutionem*, dicam inquam) *eum* phaleratum *aſinum*. Nobilitatem (hæreditate quaſi paterna) *Athenis* conſecuti ſunt *Paralus* & *Xantippus*; verum quia præceptorem non admiſerunt, familiam exornavere ſuam ut maculæ, ac *verrucæ* faciem decorare conſueverunt. Divites *Metelli* fuerunt *Romæ*, at quid illis profuerunt opes, qui ſtulti adeo erant, & ſtupidi, ut *Scipio* Æmilianus, de *matre* eorum, quaſi *vates* prædixerit *aſinos eam parituram, ſi plures adhuc pepererit filios*. Junium *Syllanum* bene nummatum, ſed indoctum, *auream pecudem* appellavit *Cæſar*: Atque hinc adeo eſt quod *Ariſtippus* dixerit, *melius longe mendicum fieri, quam ineruditum*: ille enim ſolis *pecuniis*, *hic* autem ipſiſſima caret *humanitate*. Sine *educatione* mali *pueri*, pejores fiunt *adoleſcentes*, *viri* vero longe deterrimi; ut re- Confirmatio.

cte omnino *Plato* dixiſſe videatur, *hominem*, ſi rectam nactus ſit diſciplinam, *animalium* omnium *optimum*, at ſi non *bene* inſtitutus fuerit, omnium *peſsimum* evaſurum.

Quamobrem, ſi verno *anni* tempore magnam cujuſque *patris familias* videmus ſolicitudinem, ne lactéſcentes & molles germinum oculi, aut ſtillicidiis premantur, aut lædantur carbunculis; ſi adeo anxii ſint *agricolæ*, ne *uredine* arbores, *ſi literatione* plantæ, *pruinis* ſegetes infeſtentur: Quid ni eandem in curam *parentes* incumberent, ut quos dono *Dei* ſingulari, conceſſos *liberos*, habeant, peritis tradant *pædagogis* inſtituendos? M. T. *Cicero*, vir prudentiſſimus, ſi filium habeat *Marcum*, diſplicet, domi illum apud ſe detinere, (ut indulgentiſſimi horum temporum *patres*, ſtolidæque, vel potius inſanæ *matres*) ſed *Athenas* ablegabit puerum ad *Cratippum*, ut præceptis, *inſtitutiſque* Philoſophiæ imbuatur. Quin & *Cyrus* ſibi accerſet *Xenophontem*, Pericles *Anaxagoram*, Timotheus *Iſocratem*, quanquam ampliſſimis opibus, honoribus, & imperiis potentiſſimi. Hinc *Aretia* Ariſtippum, *Zenobia* filios, *Cornelia* Gracchos inſtituebat: Atque hinc adeo *Philippus* ille *Macedo* (de quo jam loquimur) nato filio ſuo *Alexandro*, non tam gaudebat, quod *natus* eſſet ſibi *filius*, quam quod tempore *Ariſtotelis* natus eſſet, *cui* traditur erudiendus.

Perſ. Sat. 3. —*Et premitur ratione animus, vincique laborat, Artificemque ſuo ducit ſub pollice vultum.* Atq; hinc eſſe autumo, quod *præceptores* dicuntur *informare* pueros, ac ſi ipſius *formæ* initium oportet puerum ſoli *Præceptori* acceptum ferre. Inde etiam dicuntur *Erudire*; quoniam ut *ſtatuarius*, è *rudioribus* lapidibus, & lignis *impolitis*, ſuperflua tollendo, dolandoque ſic effinget, ut prima ligni, vel lapidis *natura*, vix deprehendi queat: ſic *literarius*

varius quisque *Polycletus*, ex stupidis *stipitibus*, & Boeoticis puerorum *ingeniis*, viros effingat elimetque, ad stuporem usque egregios. *Paracelsum* ferunt, crebro prædicasse, si quis committeretur *ei*, ab incunabulis educandus, (qualem ipse optaret) se *effecturum Pharmacis*, *ut nunquam moreretur*. *Paracelsus* tamen *ipse*, nec dum quadragenarius, *febri* occubuit. Quantum hac in re præstiterit unquam *Paracelsus*, plane nescio; hoc tamen certo certius est, *pædagogus* literarum & *scientiæ* beatis, & *benedictis* (quæ vocant) medicamentis, effecturos, ut *vitam* vivamus *immortalem*. Nam si *vita* (quam vivunt homines) *sine literis mors est*, (quod affirmat *Seneca*:) *literatos* necesse est, *solos* vivere, *solos* immortales esse fateamur. Quocirca *præceptores* parentum *loco**, vel etiam superiori (si possis) collocemus; unice illos amemus; & in mentem revocemus quod *Athenienses* olim, non sine causa simulacrum *Amoris* juxta *Minervæ* statuam collocarint, nimirum ut *illam* quam *præceptoribus* debemus, *observantiam* indigitarent. Testantur historiæ *illos* semper secunda *beari* fortuna, qui hunc præceptoribus amorem exhibuere; infelices autem & *inglorios* vixisse, qui *illos* neglexerint, aut odio habuerint.

* Dii, majorum umbris tenuem & sine pondere terram, Spirantesque crocos, & in urna perpetuum ver, Qui præceptorem sanctum voluere parentis, Esse loco. *Juvenal. Sat. 7. Exempl.*

Neronem cogitate, qui *Senecam* vilipendens, *eum* tandem interemit, & deinde in alia prolapsus execranda scelera, Agrippinæ *matri* suæ, *Octaviæ* conjugi, *Antoniæ* amitæ, sibique *ipsi* (horrendum dictu!) manus tandem injecit violentas. Vite versa *Trojanus*, qui *Plutarchum* unice coluit præceptorem, ejus *præceptis*, veluti quadam *cynosura*, vitæ suæ clavum dirigens, non solum beatus in *vita* extitit, sed & *mortuus*, post se, hoc elogium reliquit, ut *principibus* aliter postea non acclamaretur, quam, *ne sint feliciores Augusto*, *meliores Trojano*.

Testis. Perotat.

Testaris *tu* hoc, *Piissime* Marce Antonine *Pie*, qui Magistrorum tuorum *imagines* aureas servasti in *lærario*, quorum sepulcra floribus coronasti, & ad *nominis* illorum, tanquam *numinis* mentionem factam, incurvasti genua. Quid igitur *nos* annon horum vestigia insequentes, *præceptoribus* debitos tribuamus honores? annon *libros* parentibus habeamus chariores, qui ipsorum *corporum* quadantenus *animorum* autem refingendorum omnino sunt *parentes*; nec ut *essemus* tantum, præstant, sed *bene* ut *simus* efficiunt? Jam quanto *animus* sit *corpore* excellentior, tanto *pater* præceptore *inferior*: Homo enim vere est *animus* (non massa illa *carnea*, & figura quæ *oculis* cerni, aut *digito* monstrari potest) qui corpore, *instrumenti* vice usus est, ad diversa munia peragenda. Ego igitur in unum, quasi manipulum, omnia cantrahens, dum vixero, *amorem*, quem meo debeam *præceptori* agnoscam maximum; & claudam *orationem* meam *aureisque* vestras, illa *Persii* ad *Cornutum* Pædagogum *suum*, officii attestatione, qua *tuas* (*mi observande*!) saluto *aures*, & ex *intimis* contestor voveoque *pectoribus*; quod *ego* hic—*centenas ausim deposcere voces*, *Et quantum mihi te, sinuoso in pectore fixi*, *Voce traham pura, totumque hoc verba resignent*; *Quod latet arcana non enarrabile fibra*.

Liberos suos prisci reges, *præceptorem* ferulis ac flagris, perinde ac infimæ sortis aut conditionis peregrinæ *pueruleos* subjicere voluerunt; ipsosque *institutores* amplissimis plerumque muneribus cumulaverunt. Sic *Marcus Antonius* Imperator *Frontoni* Philosopho, quem dicendi *præceptorem* habuerit, statuam erexit: Sic *Scipio* Africanus *Ennii* statuam sepulcro suo imponi: sic *Archilaus* sibi *Euripidem* convivam adesse; sic Trajanus *Romam* ingrediens Dionem *Prusæum* curru suo donarum honorari; Sic Ptolomæus *Philopater*, templo in Homero dedicari, voluerunt; Sic denique (ut à peregrina ad domesticam transeamus historiam.) *Clotharius* Sadrago fillum loquimagitrum, quod *Dagoberti* filii pædagogus esset, *Ducatu* Aquitanico donavit——*Tertor. Epist.*

Dixi.

Plus

Plus debet Alexander Philippo patri, quam Aristoteli præceptori.

Oppon.

Viri vere Apollinares!
& vos undique circumfusa corona!

Pompeius, cum *Marcellinum* quendam ad fastigatissimos in *Republica* evexisset honores, & is ad *Cæsaris* postmodo deficiens partes, liberiori (quam par esset) lingua, *Pompeium* in ipso *Senatu* esset insectatus, *Pompeius* graviter indignatus hominis *ingratitudini*, qui hoc ipso, quod habebat, dignitatis, & eloquentiæ, in *eum*, cui acceptum ferendum esset, abutebatur, hunc eum in modum conpescuit: *Non te pudet, Marcelline, ei maledicere, cujus beneficio ex muto factus es facundus, ex famelico eo productus, ut vomitum non teneas?*

Iisdem *ego* te, antagonista mi (nam *mutato nomine, de te* fabula *narratur*) iisdem (inquam) verbis, procacem nimis linguæ imminuam *tuæ* petulantiam: Non *te* pudet de *patre* tuo maledicere, cujus beneficio ex *nihilo* factus es, ut *esses*; ex *aliquo* demum ut *esses hoc* quod jam *es*? ——

——*Meritisne hæc gratia tantis, Redditur? hac vitam donatam dote rependis?* Non est istud cum *ciconiis* ἀντιπελαργεῖν, quæ *genetricum* senectam fovent, vitam tuentur. Dispudeat *te* tandem adeo magnificare *Pædagogum*, ut præ illo sordeant *parentes*; meliores te docet mores *Menander*.

Δίκαια χρεοδώσω τοῖς γονεῦς μαίην τ' ἴσαν ——

Complurimi vero, nunc dierum, omnem adeo exuerunt frontem, ut quam habeant eloquentiæ & naturæ donis in vituperium eorum qui *sibi* se dederint, abutantur. Non dissimiles hac in re, *mulo*, qui lacte materno impletus, calcibus petit lactantem. Degeneres enim isti *liberi*, in illos in-

gratæ linguæ eructant improperium, à quibus adnauseam usque satiantur beneficiis. Næ tu Ascræe *senex*, verissime de hodiernis moribus vaticinatus es! ——

Τὸ γὰρ ὀφείλειν ἀπιστότατον πᾶσιν·
Μέτοικος δ' ἀστοῖς χαλεπὸς ἐπιζεύγνυται·
Σχέτλιοι, οἱ δὲ θεῶν ὅπως εἰδότες, ἀλλ' ὠμὸν οἶτον
Γηράσετε, πτωχοῖσιν ὑπο-θρῴσκειν-δοῖσιν
Χειρὸς ἴχνια.

Confir. à causa. Multa sunt (*Auditores!*) multa sunt beneficia, quæ à *parentibus* accepimus: tanto eorum ære *nos* omnes obstringimur, ut nullis omnino modis *solvendo* simus. Quid enim? an non primo nos *esse* fecerunt, *aluerunt*, sustentaverunt? Cui enim, quæso mortalium, suavissimam hujus lucis usuram acceptam ferre, aut possumus, aut debemus, præterquam *parentibus*? Cætera *animalia* ab ipso statim partu sibimet ipsis sufficiunt, ad vitam sustentandam, & propulsandam injuriam: at *homine* nihil miserius, qui *dum oritur, moritur*, nisi parentum *cura* præpediret; qui *amplexu* cingunt, *oscula* figunt, *fasciis* involvunt, cunis reficiunt. Neque hunc amorem experimur *infantuli* solum, sed & crescentibus *nobis*, parentum cura concrescit, conduplicantur labores. Quinam cedo sunt qui de *victu* nobis parando sunt solliciti? ecqui sunt præter *parentes*? qui se durissimis frangunt laboribus, macerant vigiliis, suum defraudant *Genium*, unciatim comedunt, bibunt, guttatim, ut mediocres nobis reponant facultates, Αἰὲν δ' δύσζηλοι εἰσὶ ἐπὶ παῖσι τοκῆες —— ut Poeta ——

O ineffabilem *parentum* amorem! O irrepensabilem *beneficentiæ* cumulum! O inexhaustum immensæ bonitatis Oceanum! —— *Quæ lingua*, illorum *perstringere curas*, *ferrea vel poterit vox*? Non ego (attentissimæ *aures!*) de paucorum racemis

racemit vindemiam facio; sed *Senatus* antiquorum *universus*, huic sententiæ suffragatur. Tuos (Mi *Cicero!*) appello manes, tuosque testor consopitos cineres; reviviscas (quæso) & quod dudum dixeris, impræsentiarum rursus astrue. Quod *charissimos nos habere debemus parentes, quoniam dant nobis vitam, largiuntur patrimonium, concedunt libertatem, tradunt civitatem.* Stipulatur *huic*, ille apud Euripidem, σέβειν τὸν φύσαντα ὄφελ' πάντων θεοτῶν μᾶλλον. Testi. p. 111.

Omnibus profecto seculis doctissimi, quique ac prudentissimi, honorem *parentibus* eundem cum *Diis*, putarunt esse referendum. Propono, & propino *vobis* pientissimi illius Æneæ exemplum, qui è *mediis* incensę Trojæ *ruderibus*, patrem humeris exportavit senem. Num remini *illum* putasse, cuipiam se mortalium, plus quam patri *Anchisæ* debuisse? Quis *filiam* illam satis mirari potest, quæ *patrem* suum custodiæ traditum, veluti *infantem* uberibus lactare suis, non erubuit? Quis *Amphinomum* & *Anapium* digne laudaverit, qui *parentes*, humeris superimpositos, per medios Ætnæ ignes, cum summo suæ vitæ discrimine, subduxerunt? Exemp. p. 101.

Videtis jam, (*Auditores!*) quam sanctissime de *parentibus* senserit antiquitas; quam charum fuerit *parentis* nomen, quot quantisque parasangis *circumforaneos* istos adversarii mei *Pædagogus* antevorterint; Audivistis quid *ego* de parentibus senserim, apud *vos* quid taciti cogiteris nescio, *me* quod attinet, quam hactenus opinionem asserui, dum *spiritus hos regit artus*, pro mea virili propugnabo, *Me longe plus patri, quam præceptori semper debiturum.* Epilog. p. 132.

Dixi.

Moder. Quæsitum est: *Minus-ne debuit Alexander Philippo patri, quam Aristoteli præceptori.*

Benignissimi animi!
Patientissimæ aures!

Minerva, è celsis *Olympi* descendens cacuminibus, inter dilectos *Dolii* filios cum *Ithacensibus* belligerantes, acerrimam statim pugnam sedatura, venit *dijudicatrix*. Quorum causa dissidiorum explicata, anxiis aliquandiu æstuabat cogitationibus, quid in re diceret tam per ardua: tandem autem (matura prius inita deliberatione) *illos* hunc in modum affata est (*Divisa capita!*) *intricata utcunque sit inter vos dissensio ego tamen in neutrius propendens partem, æqua Iustitiæ trutina, rem utramque collibrabo.*

Simillime, horum ego alterationis antagonistarum *Arbiter* qui sum, in *diversum* quasi *duplici scindor in hamo*: quam ingressus viam, *utriusque* desiderio satisfaciam, & acerrimum dirimam inter *hos* litigium: stat mihi animus, nudam ut spicere rei naturam, veritatem ejus recti judicii ἀνατομία medullitus exossare, ut ulteriorum demum rixarum procella consilescat. Sedula qua possum industria retexens, apprimorum beneficiorum catalogum, quæ à *parentibus*, velut ab irriguis alicujus *fontis* scatebris, in *filios* exuberant: omnibus officii, obsequii & observantiæ vinculis, *liberos* parentibus astrictos esse judicavi; quippe qui in ipsis cunabulis vagientes, tenero istorum *amoris* alimonio (velut *agnus* materno *lacte*) exsatiantur, maximo eorum *educantur* impendio, ad *viriles* porro provecti *annos*, hæreditolo, aut dote aliqua, quæ parentes multo sudore nuper acquisierant, liberi fruuntur.

Quid autem, è *contra*, prodest alimentum? quid

quid corpus robustum? quid largissima prædia? ni *pædagogum* insuper parentem animorum, patris ope conquisitum habeant, qui succum illis disciplinæ propinet nectareum? Vel quid iis divitiæ, aureos insuper non possidentes *Palladis* thesauros? ad quos perfruendos, *aurifodina*, instructoris labore, patefacta est. Jure igitur *Epistetus doctiores*, quam *ditiores*, filios voluit esse relinquendos. Quid filii sine *eruditione*? crassi hercle & stupidissimi; *qua* si voluerint semetipsos esse insignitos, doctum aliquem adeunto *Aristotelem*, omnia expertum corrigere vitia, paratumque. Quid *equus* habena non *domitus*? ferox & immanis; & quid *adolescentuli* primo ætatis flore matureſcentes, castigantis erudimenti *fræno* non mansuefacti? *Nerones* prorsus & *Catilinæ*; fœtidis vitiorum lacunis volutantes. At vero *lympha* illa dulcissima, quæ ex *Pieriis* scholis hauritur, istas *animorum* maculas, (quasi *lustralis* quædam *aqua*) eluens expurgabit; *Scholæ* enim solæ sunt quæ *Cyclopicam* compescunt immanitatem, vitam corriguht *Epicuriam*, & Giganteam naturæ diffringunt audaciam. Quænam obsecro est causa, quod tot *bardos* & fungos videtis in *republica*? quod tot *Damas* & *Vappas* in civitate? quoniam scilicet suum non habuerunt *Aristotelem*.

Juventutis natura, *saxis* in lapicidinis est simillima; nulli inservitura usui, nisi artifex prius *lasmi* dextra accesserit. Proinde si vos (*Auditores*, quorum aures *mordaci* lotæ sunt *aceto*) multifaria quæ tum à *parentibus*, tum ab *institutoribus* accepimus beneficia, *vestris* simul pensiculetis animis, profecto mea fert opinio, *vos* in hanc omnino sententiam pedibus ituros, *Magnum* illum *Alexandrum* haud minima de causa dixisse, *se multipliciori officio Aristoteli præceptori, quam Philippo patri astrictum fuisse*: si enim horum alteruter *præemi-*

nentiæ velit collationem instituere, idem (inquit Seneca) cum rosa anemonam, cum Pegaso testudinem, conferre videatur.

Philippus pater, *vitæ* fuit largitor, & sustentator; at, ne solummodo viveret, *Apollineis* illum castris expertum fecit militem *Aristoteles*. Simil. Quemadmodum videmus ad fructus copiosos, uberesque proferendos, *soli* bonitatem non sufficere, nisi periti insuper cultoris opera feliciter accedat: simili ratione juvenum ingenia non vi *naturæ*, ad rerum præstantiam, doctrinamque perfectam comparandam idonea sunt, nisi *pædagogus* aliquis incitet instructione, & genuina disciplinæ imbuat tinctura. *Plantam* quamprimum humo infigitur, huc illucque facile deflectimus, grandescentem vero nulla vi eradicamus, eodem pariter modo *pueri*, ex Ephebis excedentes *cerei* sunt, in quemlibet Vitæ cursum inclinandi; *senescentes* autem, isto pergunt quo cœperunt pede, neque ab *incepto* dimoventur vitæ instituto——

——O millies igitur beatas *Respublicas*, in quibus literarum aperta sunt *Emporia*, ex quibus evadunt *Ulysses*, solertes ad bellum suscipiendum! eruditi *Justiniani* ac pulcre docti, salvam custodire *civitatem*! quorum ope impietas funditus abscindetur, *justitia* autem propagabitur. Majorum igitur *politici*, scribunt (& non immerito) è *scholis* (tanquam fontibus) felicitatem *publicam*, & *privatam* non secus ac ab *Apollinis* capillis distillare. Proh *Jupiter*! quot *Codros*, Codroque pauperiores, *Ipsæ* tantum non *Cæsares* fecerunt? Quot plumbea *puerorum* ingenia, ad optimum quodque munus obeundum idonea? Uti igitur frustra sparguntur *semina*, ni ager fuerit exaratus; ita frustra *juvenes* procreantur & eluntur, ni à *præceptore* aliquo informentur;

mentur; cujus absque labore, & diligentia, virtus & eruditio in puerilium animorum sulcis non coalescunt. Quapropter *Achilles*, omnium ille *Græcorum* fortissimus, *Phœnicem* ita deamavit *præceptorem*, ut regni sui *dimidium* ei impertiret, & iisdem secum honoribus frui voluerit; *Etsi*, inquit, *multa mihi à patre dona contigerunt, à te tamen tum longe majora, tum jucundiora.* Nonne *ursum* cernimus informes in *partu* catulos, postmodum lambendo formare? Ita qualem, ô qualem gignit pater filium, diuturna cujusdam *Socratis* cura, ni fiat sapiens, prudentiaque expoliatur!

Collatio utriusq; opinionis inter se. pag. 78.

Hac attamen si via solum insisterem, aliamque prætenirem, viderer sane injusto illi non dissimilis, *Iuliano*, qui de agro controverso inter *Spartanos* & *Argivos* judex, de amicorum solum jure disputavit, & cum justa *aliorum* argumenta aures *ejus* non incurvarent, amicis dedit agros, aliis tametsi debitissimos. Intemeratam autem ego erubescerem sic violare *Iustitiam*: nos igitur (*Auditores!*) non imminuimus *parentum* reverentiam, quam sanctam, sartam, inviolatam cupimus; non depeculamur rependendum *illis amoris* & *officii* nostri vectigal (imo in perpetuum *humana* exulet societate, qui debitam *illis* negaverit observantiam, in imas *Barathri* detrudatur cavernas; & *furiis* ibi exagitetur, qui omni *illos* officio, amore, *prosequio* non affecerit:) *hoc* tantum volumus & *hoc* contendimus, ut effœtas *naturæ* vires, elumbem *ejus* agnoscatis sterilitatem, quæ nihil potest perfectum attingere, sine obstetricante *institutionis* opera.

Magna sane sunt (quis negat?) *genitorum* munera, propter quos *nascimur*, & suavissimam hanc *lucem* nobis contigit aspicere, nec minora quidem

quidem *illorũ* beneficia, qui mentes nostras quodammodo dum *formant*, generant, æstimanda, *ipse* judico. Quod idem, confirmat illud *Euripideum* τὸ δεῖψαι καὶ διδάσκειν ὁν βελτίστοις, πολλάκις, πλείω ποεῖ ζωὴ φίλεα τῆ φύσαι τίκτει. Quis ergo vestrum (*Auditores!*) quis est, qui semetipsum tam arcta *præceptori* suo benevolentia non cogitabit esse devinctum, quam *parentibus*, qui ad *vitæ* conservandam omnia dederunt necessaria? *vos* enim ipsi, nisi *præceptoribus* septennales fuissetis *tirones*, cum hominibus qui *gloria* decorantur ornamentis, nullum haberetis contubernium. *Vos* igitur ahenea estote *scholis* munitio. & *Olympiferi* Atlantes, *humeris* illas *vestris* suffulcite.

Persarum olim, & posterruma *Romanorum* Respublica, legibus sanxerunt, ut *patres* liberos suos traderent erudiendos, nec admitterent *indoctos* ad detrimentum *Reipublicæ*: Sic lex *Falcidia*, qua cautum erat, ut ob primum delictum *admoneretur* puer. ob secundum *vapulet*, ob tertium *suspendatur*; & *pater* ipse, tanquam reus facti, perpetuo exularet, ob neglectam *filii* institutionem. Sed eo jam (*eheu!*) prolapsi sumus dementiæ, ut licet *ramos* atque fructus *arborum*, (honores scilicet *Reipublicæ*) magnifaciant omnes; *radices* tamen & stirpes, (quæ sunt *scholæ*,) curant paucissimi. *Multi* sunt inter nos (heu nimium multi!) *Cyclopes*, Centauri & *Thersitæ*, tristia quædam, & *maligna* ingenia, quorum iniquissimis *judiciis*, sarcasmis, *asininis* clamoribus, *scholæ* ipsæ jam diu vapulant; qui *omne oleum* se *perdere putant* quod impendant *scholis*; Dicam ego de *his*, & audacter dicam, *eos* intestinos esse reipublicæ literariæ *Catilinas*, cum radiantia scholastici *solis* jubaria (quæ totam *Rempublicam* collustrant; offuscare cupiant. *Nesciunt* illi, ignari nesciunt, elogium illud *Gallorum* de scholastica illa *Parisiensi*, quam vocant *primogenitam*

nogenitam regis filiam. Verbum ſat—Num igitur *ſolem* merito non veneramur, ſine quo *dies* non eſſet? non *animam*, ſine qua corpus contabeſceret? non *præceptores* veneremur, ſine quibus ipſam prorſus *humanitatem* exueremus? Dicam igitur, & *vos* mecum dicturos puto, recte dixiſſe *Alexandrum*, ſe *plus Ariſtoteli præceptori*, quam *Philippo patri debuiſſe.* p. 127.

Dixi.

Laurifer.

Digniſſimi Domini!

Puerpera illa mulier Domina *Schola* (de qua primo audiviſtis cum per *obſtetricantem* veſtræ patientiæ *opem*, ſœtum ſat numeroſum, decem *gemellos*, fratres, uno hoc partu enixa eſt, (omnes ut ſperat vita præditos, quippe ſinguli vagitu *vocem* ediderunt, quam dicunt eſſe vitæ indicium.) Illa (inquam) Domina *Schola*, (quæ *ſalutes* vobis, ſuas mille, & millies commendaras cupit, *muſis & gratiis* mutuo amplexu conjunctis) miſit me ad *vos* veredarium, ut ulterioris aliquid vobis negotii exſinuet. Nempe cum *ipſa* adhuc infirma *jaceat* & languida; ut eos (quos jam peperit) *nutrix* aliqua foveat, educetque filiolos. *Nutrix* quædam eſt, aliquibus fortaſſe veſtrum de *facie* nota, ſaltem apud ſingulos, ejus *fama* jam diu percrebuit, quæ nomine audit Alma *Academia*; veſtrum hac in re *conſilium*, veſtram hic implorat *cenſuram*, quod ſi alumnos *iſtos* Academia illa dignos putetis, *Illamque* idoneam remini fore hiſce *puerulis* alumnam; voluit (veſtra cum venia) ut *hæc* ſua *inſignia*, *Laurea*, clavis, & *Grammatica*, ad eam cum filiolis deferantur ſuis.

Adeſdum

Adesdum itaque tu S.V. qui es *maximus* natu fratrum, capias *maternam* benedictionem; En tibi *Lauream*, honorariam *primogenituræ* tuæ prærogativam. Submitte *caput*, *Indue*: capiat *sinistra* tua hanc *Grammaticam*; dextra tua hanc teneto *clavem*, quacum pande tibi *Apollinis* adyta; & *Musarum* penetralia, novem, tuis fratribus referato; atque in gremium *nutricis* (quæ futura est) vestræ (*Almæ* scilicet *Academiæ*,) devolvi minor. Illa, *scholæ*, matris vestræ gratia, benigne *vos* tractabit, & nutricio omnium *Artium Liberalium* nectare fovebit; usque dum ad *ἀκμὴν* vestram perveniatis, & ad plenam in literis maturitatem adolescatis. Facite ut *Scholæ* hujus (*genetricis* vestræ) *dolores*, quos in pariendis *vobis* sustinuit, grato semper agnoscatis animo.. *Ite*, valete, *Cœlestes* vos sequuntor *benedictiones*, quas impetrabunt *vobis* non intermisse *matris vestræ* precationes.—Valete—Valete.

Valedictoria.

Honorandi Mecœnates, & *vos cætera circumfusa Turba!*

HUmillimam *proni* petimus *laffæ* vestræ jamdudum, vereor, *patientiæ*, veniam: puerilem qua fumus indulgeatis hanc *nobis* linguacitatem. Singulos sane *nostrum* hæc statim invasit *ambitio*, quam primum *vos* huc invitandos audivimus, ne quispiam è *nobis*, vos dimittat insalutatos. Ecce igitur, quanto, quanto *aures* vestræ *nauseârunt* tædio! Lautiorum ferculorum loco, en coctam & recoctam *cramben!* Sed vos (qua estis humanitate) istud *nobis* facile ignoscetis, si ex *ineffabili*

effabili observantiæ *nostræ*, erga *vos*, affectu evenisse, cogitare dignemini; *quos* ut nunquam *digne* sat, & honorate, sic nunquam *omnino* sat, *alloqui*, nos posse existimamus—More *Phœnissæ* illius *amasiæ*, suum depereuntis *Æneam* (a cujus colloquio vix unquam divelli potuit) cui soror—

Indulge hospitio, causasque innecte morandi:

Curavimus itaque ut *vos*, in hoc theatro *scholastico*, velut in *cœlo Phœbus*, vel Carthagine *Æneas*, *quæ* potuimus arte (*quanta* audistis ambage) detineamini; & cum ulteriorem non possumus, non audemus, inire moram, *Persarum* more *occiduum* radiatæ vestræ influentiæ, & aspectus *solem*, non nisi *ex* imo hausti pectore suspiriis, *valere* jubemus. Veremur enim, nec immerito veremur, opacas *viduperonum*, & nebulonum *nebulas*, & plusquam *Cymmerias* maledicorum *tenebras*, hemisphærium hoc literarium offuscaturas. Sed *redivivos*, sed reversuros speramus, quos jam dimittimus occiduos *soles*, & ut *anniversariũ* huc faciatis *commeatum*, obnixe petimus, ut hanc videatis (famulam vestram) *Scholam*, novo *quotannis* fœtu foboleſcentem, quo pacto *hæc* fortassis, (quam *hodie* primum audivistis) blaterans *infantia*, discet denuo, tam dignissimos *Dominos*, articularius salutare: *Valete* interim honoratissimi *Mecœnates*, valete cæteri candidissimi *Auditores*, universa simul *panegyris* valeto, *quorum* jam discedentium *aures*, & *labia*, mea valedicens *osculatur* Oratio. Feliciter valete——

Ænid. 4

Dixi.

Orationes

Orationes, Declamationesque habitæ, Anno 1625. coram iisdem Auditoribus, ad Anniversariam illam Intermissionem.

Salutatoria.

SAlvete Reverendissimi *Ecclesiarchæ*, scholæ hujus dignissimi *Patroni!* Salveto & *Tu* vigilantissime *Prætor!* gravissimi *Senatores!* vosque *Mecænates* nostri! honorandi *Domini!* Auditores quotquot adestis, *salvete* singuli!——

Insuetum *præsentiæ* tam *verendæ* quam *reverendæ* jubar, tenellæ huic *infantiæ* nostræ, oculos, *radiis* adeo offuscat suis, ut, tanquam *noctua* ad *solem*, nostra jam omnium *ingenii* calliget acies.

Iovem non sustinuit unicum *Ovidiana Semele*; nos autem multo minus tot illustrissimos hujus cœli *politici* Joves, tot Reipub. *literariæ* Phœbos, orationis angustia excipere possumus. Quod si igitur *vobis*, apparatus hic *noster*, minus lautus, (*Cum patera guttur, Campana supellex*, ut inquit *Horatius*) minus arrideat; à *vestra* dignitate veniam impetrabit *nobis*, insueta vestra insignis *humanitas*. Nam in hoc *hodierno* conspectu vestro, & *anniversario* (quem indulgetis) huc *confluxu* perquam gratissimo, jure nobis foret optandum, quod *ille* olim optasse dicitur, ut *Deus fenestram aliquam in pectoribus nostris aperiret, ut hæc quæ concepimus gaudia non per angustas sensuum, orisve nostri rimas, quasi guttatim distillarent, sed patentibus pectorum portis prorumperent.* Et *vos* ipsi gestientem *sociorum* meorum *lætitiam*, non ex *hilari* eorum, & exporrecta *fronte* conjiceritis; sed ex intimo *amoris*, & suæ erga *vos* observantiæ pectore spectaretis. Nec enim *nobis* solum præbuistis *novum* singularis lætitiæ *argumentum*, verum etiam *anti-*

qui-

qui beneficii memoriam renovaſtis hodie, ut *veſtram* poſtremi anni *benignitatem*, grati agnoſcamus. *Hic* enim eſt *dies*, qui noſtræ ſcholæ omnium in toto *anni* curſu illuxit ornatiſſimus; non *Solis* radiis, ſed *roſeis* veſtræ preſentiæ *ſplendoribus* illuſtratus; quibus complacitum eſt, balbutientem noſtræ *Minervæ* infantiam, horam unam aut alteram, *ferre* lubentiſſime, *audire* patienter. O ſi eandem hodie *nobis* indulgeatis veniam! O ſi eadem *nos* dignemini benevolentia, ut veſtris auſpiciis *Syllæs*, *Syrteſque* omnes præter vecti, feliciſſimum ſtudiorum noſtrorum portum, adſpirante *carbaſis* noſtris *veſtri* favoris *Favonio*, appelleremus! Sin conatus *noſtri* vobis diſpliceant, in eum placato *Neptuno* enatandi dabitur facultas naufragis—

—*en veſtris, humiles*
advolvimur aris!

Dixi.

Eriſtica.

COnveniſtis huc (*Auditores*, patres *patroni!*) ut *duellum* palæſtricum videatis *arbitri*, inter *germanos* fratres, quod *acerbiſſimum* futurum ſuſpicor, licet *incruentum*. Nam quod *Ajax Ulyſſi*, ceu puſillanimi ducis objicit indicium, *nos*, qui diverſa à *Marte*, amplexamur caſtra, ſerio defendimus, quod

—*Tutius eſt multo fictis contendere verbis,*
Quam pugnare manu—

Faceſſat hinc miſſile *Bellonæ* ferrum, exulent *gladii*, vulnera, & cicatrices, à *nobis*; qui eminus tantummodo pugnantes facturi ſolum ſimus linguale prælium.

Helenam illam, pro qua certatur, *ego* curſim *vo-*

bis

vobis diffuaviandam exhibiturus venio; at vero *durum* (mehercule) figetis *oſculum*; nam ut olim *Apollo* (Daphne in *lignum* converſa) *oſcula dat ligno*.—Sic & *vos* qui *heroinam* hanc viſuri veniſtis, *truncum* ſolummodo *oſculabimini*. Lignea eſt etenim noſtra *Helena*, & *Romano* prodit *cortice* amicta, *E quovis Digno non ſit Mercurius*. Lignea igitur oratio, *Lignea* ſunt argumenta, & *Ligneam* hi ſtatuam pro *amaſia* capientes, *Ligneam* victoriam reportabunt.

Ovid. Met. l. 1.

Aſcendite igitur Ligneum veſtrum ſuggeſtum, aſcendite (inquam) & veſtrum ex illo *ligno Mercurium* affabre effictum, & pictum videamus. *Mercurius* erat olim *Eloquentiæ* Deus; quem, ne cui veſtrum ſit mirum, ſi *ex quovis ligno*, cujuſlibet horum, *linguæ* & ingenii *dolabro* efformari, accurate, non videatis; quandoquidem, ut mox audietis, *E quovis ligno non ſit Mercurius*.—

Dixi.

E quovis ligno non ſit Mercurius.

Auditores Selectiſsimi!

Exord. ARtium, & Scientiarum *ſemina* quædam & principia, *animæ* humanæ jam naſcendæ, ingenita affirmat *Plato*; ideoque *Socrates* obſtetrici ſeipſum aſſimilavit, his verbis, *in erudienda juventute, ſe nullam ſcientiam illis infundere*, ſed potius *intus exiſtentem* educere. Nam ut plantarum ſemina, *Sol* & *Cœlum* calore ſuo, & *influxu*, germinare faciunt, & fertileſcere, non autem efficere poſſunt, ut fructus à ſua natura alienos producant, (*cardum* enim *non dabit uvas, Nec dabit inculti ſpicea ſerta rubus*) ſed tantum latentem

natura.

natura vim eliciunt: similiter, teneræ *pueritiæ* instructores, summa (qua pollent) arte, *omni* (qua possunt) industria, non possunt ex *quovis* puero eruditum discipulum, ex *quolibet* humani generis *germine*, literatum virum efficere. Proinde *ex quovis ligno non fit Mercurius*. Elegantissimi cujus *adagii* sensus, hic maxime, ut opinor, est genuinus, quod sicut *ex tortuoso* quolibet nodoso q; *ligno*, perissimus omniū artifex ipse *Dædalus*, aut *Polycletus*, Mercurii *statuā* exculpere non potest, aut exarare; sic nec multum abludit quod *ingeniorum* etiā *fabri*, artium liberalium *præceptores*, *ex quovis futili fungo*, & *stupido stipite*, politioris literaturæ *salem*, & *solem* emicando effulgere, incassum exspectant. p. 83.

Confir. a causa.

Nam ut in omni *Artis* opere, *subjectum* requiritur *idoneum*, & materia artificii *capax*; ita in naturā ingeniorum, *anima* informationis capax, etiam vel *Cratippo* aut *Aristoteli*, est supponenda: adeo ut sit plusquam *Alchimista*, qui potest ex *plumbeis*, ferreis, *saxeis*, ingeniis, *aureas* eruditionis bracteolas extrahere. * *Marcus Tull. Cicero*, omnium (*quos* unquam vidit *Sol*) eloquentium *prudentissimus*, prudentiū *eloquentissimus* (quē ut oratorum *Deum*, nos qui sequimur, admiramur posteritas) filium habuit *Marcum*, *Athenis* educatum, in ipso *Musarum* Helicone, ubi *Romanæ*, atque *Atticæ* linguæ succum & sanguinem potuisset imbibere, ubi *præceptorem* habuit *Cratippum*, virum per seipsos in altum evolasse, ut præceptores fierent aliorum qui præceptoribus caruissent: nullum Virgilio præceptorem legimus. *Horatius Flaccus* de suo nihil nisi quod *Plagosum* dixerit; verberum puerilium credo meminerat. *Cicero* autem suum laudibus amplissimis celebrare noluit, nec valuit. Contra hujus filius, quantis præceptoribus, patre scilicet & *Cratippo*, filius ætatis philosophorum principe, si quid ipsi credimus Ciceroni, quantus nebulo, quamque famosæ ebrietatis evaserit, notum est, qui solo patris vel tacentis aspectu doctus ac sobrius evasisse debuerit. *Plato* ipse & si *Socratis* magisterio glorietur, majore tamen est gloria *Socratem* excessisse, quam sub *Socrate* didicisse. *Erasm. Pasqach.*

* Quam multos stultos atque hebetes habuisse putas scholam *Socratis* ac *Platonis*, in quibus multos absque præceptore ullo edecu-

edecumatæ integritatis, (qui *eloquentiæ* musculos, quodam styli *fulmine* grandius intonando, exprimere solet) qui hanc incudem, diem noctemque sollicite tundebat; ut *Marcum* suum discipulum, eruditiorem in *Græcis*, peritiorem in *Latinis*, honestiorem in *moribus*, ad Ciceronem *patrem* diuinaret: veruntamen nec *Cratippus*, magnus ille literarum *Atlas*, peritissimus præceptor, nec *Athenæ* literarum *emporium*, Musarum *domicilium*, nec doctorum *exempla*, qui ab omni fæce terrena, igne quodam divino excocti, vitam degerunt omni argento, omni nive candidiorem, nihil horum omnium, vel *hilum* quidem illi profuerunt,

—*Sed læva in parte mamillæ*
Nil salit Arcadico juveni—

Medusæis enim vitiorum prodigiis inquinatus, bipedum nequissimus, scelerum vexillifer, ipsa nequitia nequior, ipsa barbarie barbarior, personatus literator (qui ne per transennam literas inspexerat) domum regreditur. Ab *asino* igitur quærunt *lanam*, undas ex pumice, qui è quolibet *puero* literarum virum, ex quovis *ligno* Mercurium, se putant effecturos. Non potest agricola omnem *agrum* fertilem efficere, ut omnem pariat frumenti speciem—Namque *hic segetes veniunt, illic felicius uva Nascuntur.*—*Neque enim omnis fert omnia tellus.* Arbor silvestris, etiamsi in optimo plantetur horto, summaque arte excolatur, nunquam dabit *mitia* poma. *Bos* quamvis peritum habeat domitorem, ad *cursum*, aut bellum non valebit. Quis unquam venator, tigres, lupos, leones cicuravit, aut ferinam naturam fecit exuere? Nam ut in *trivis* jactatur compitalibus,—*vitia naturalia non pelluntur arte*; nec aliquid agit ultra vires. In eodem prato, *bos* herbam quærit, *Canis* leporem, *ciconia* lacertos. *Natura sequitur semina quaque suæ.* In eodem cœlo

Iupiter

Iupiter ad occasum, *Venus* ad ortum, *Sol Boream*, *Luna* australem versus, circumrotatur, *naturalem* ibi perficientes *motum*. Liberorum vestrorum *ingenia*, urnis figulinis simillima sunt, quarum multas, in ipsum etiamsi *oceanum*, simul injeceris, *alie* tamen *aliis* citius erunt impletæ, avidiusque circumfusam aquam imbibent: Si *lagenam*, arum habentem orificium, *ampullam* autem cum ugusta, quam vocant, lura, nectareo uvarum ucco implere velitis, lagena *Cyathatim* absorbet nfusum liquorem; ampulla autem vix *guttatim* dmittent dulcifluum illud nectar humi dispersi. *Ephorus* & *Theopompus*, eundem habuerunt *Socratem* præceptorem peritissimum, easdem ertissimas *artis* regulas; at *Æschines* citius dealaretur lavando quam vel ut hic fræno, vel *ille* alcari non indigeret. *Simia* (ut aiunt) *eris Simia* ametsi *aurea* gestet *insignia*; Luceat splendidissimus *Phœbus* in sterquilinium, nil nisi graveolens gor elicitur: irriget *Iupiter* salebrosas rupes, non men herbescunt; nec *solo*, nec *exo*, lapidosa rra, arenosa gleba fertilescet. Quocirca, ut aulo magis incitatis passibus nostra ad metam stinet oratio, si *noctuas* Athenas, si *asinos* ad lym mittatis, noctuas & asinos rursum recipite; anser inter *olores* strepat, non est penes artem *edagogicam*, ad *Cygneam* cantationem revocare. *eotica* illa *ingenia* (ut distorta ligna) *non faciunt* ercurium. Veruntamen si vobis esset agendum, quam vellent omnes pædagogi! O quam velit æceptor noster, ut omnes nostrum evadamus *veros* impense *doctos*! Imo, si *labores* immensi, ercusei, aliquid hac in re potuissent, ipsam *vim*, se non denegarurum *suis*, existimo.

Vestra est (*Auditores*) vestra est hæc *schola*, stri sunt *liberi*, vestra sunt *stipendia*; O utinam *vestra* esset potestate indolem puerorum mul-

Cicer. ad Attic. Quintil. lib. 10, cap. 1. *Theodorus* dicere solebat *Protagoram* præceptorem omnium fatuissimum, *dextra* manu porrigere auditoribus suis scien iam, *illos* vero *inanis*. *Stoa capere*. Brisson. l. 6. cap. 2.

torum

torum (qui *Colossæa* humeris *Cratippi* nostri sunt *onera*) sic mutare, ut virilem togam mox sumpturi, vel *morum* probitate, vel *scientia* nobilitate inclarescant. Sed cum *vota* nullum habeant hic locum, cogitate quæso apud *vos*, quam miserrimam traducunt vitam *Ludorum magistri*, qui præter *labores* suos frustra susceptos, de bardis & *saxeis* ingeniis instituendis, incurrunt in odium parentum: Hinc *caperata* frons, *dimissum* supercilium, *muta* lingua: Quid dixi? *mutam* linguam? imo *multiloquam*, ne dicam *stultiloquam*; quæ aculeatis verbis, virulentis convitiis *illos* insequitur; ut necessum sit aut *præceptorem* parum esse idoneum, uti clamant, & peritum; aut *pares* in liberis eorum erudiendis *labores* non impendere. Heu mihi! nunc dierum illa *Leonidæ* querela merito est revocanda: *Docendi provinciam obscuram, ingratam, ignobilem, & contemptam esse*: ut *antiquum* illud invaleat etiam apud *nos* proverbium, *Iovem ipsum, homines quos odio prosequitur, efficere Pædagogos*, & in hoc sordidum & illiberale docendi *ministerium* intrudere. Atque hinc esse autumo, quod apud Lucianum *Menippus*, analphabetarum doctura, & institutionem, *Policrati* apud *inferos* pro pœna qua vitæ culpam expiet, assig-
p. 131. gat—Sed in quam demens! efferor *Charybdim*. *O navis refer te in portum*, nimium diu in hac *sentina* hæsimus. Vos (*Auditores!*) æquitores este studiorum nostrorum æstimatores, nostrum suscipite patrocinium, asserite labores nostros à *cobrinis* hisce morsibus; & verissimum hoc putate proverbium, quod *E quovis ligno non fit Mercurius*.

Dixi.

E quovis ligno fit Mercurius.

Oppo-nens.

Auditores auritiſsimi!

PHyſiognomum quendam, nomine *Zopyrum*, qui ſe profitebatur ex *habitu* corporis, & oris *lineamentis*, poſſe hominis ingenium certo deprehendere, inſpecto *Socrate* excellentiſſimo omnium Philoſopho (quem *Apollo*, ut ſapientiſſimum, *ſuo* celebravit *Oraculo*) pronuntiaſſe ferunt, *illum eſſe hominem hardum, ac ſtupidum, laſcivum, vinolentum & intemperantem.* Unde cum aſtantes ejus *amici*, vehementer indignati, minarentur homini, *Socrates* illos cohibuit, aſſerens *hominem* nihil eſſe mentitum, cum *omnino talis* (inquit) *futurus eſſem*, niſi *Philoſophiæ ſtudium me emendaſſet.* Quo reſponſo *nobis* innuere velit peſſimas *naturas*, iratas, morioſas, bardas, inſulſas, poſſe eluere haſce *vitiorum* fæces, naturæque pravitatem, ut ex laſcivo *caſtus*, ex temulento *ſobrius*, ex irascendo *manſuetas* aliquando emergat, adeo ut *inſtitutionis* ope, educationis cura; qui *natura eſt malus*, *cultura ſit bonus*, qui à *Muſarum* choro alienus, qui à boni virtutiſque tramite diſjunctus, in optimum virum ſæpius evadat.——In quem *ego* dum efferor *Neptunum*, *veritate duce*, veſtraque patientia *comite*, meridiano jubare clarius faxim elucęſcat, *ex quovis ligno non fieri poſſe Mercurium.*—— Cujus genuinus ſententiæ ſenſus, nihil aliud intimare videtur, quam ut ex diuriſſimo ligno, ſcrupuloſis nodis undique referto, perfecta tandem animalis creaturæ fiat *Idea*: Sic itidem ex ignaviſſimo puero, & ſtupidiſſimo, qui cuiquam è plebe, videatur omnis ingenii vacuus, *peritus* demum & *paratus*, præter omnium

Expoſit.

Confir. à causa, &c.

omnium expectationem evadat discipulus.

Nec cuique mirum videatur, vel primo aspectu improbabile: quid enim non vincet invincibilis labor? Tanta enim ejus potentia, efficacia tanta, quod turriferas civitates, adamantinis muris, & januis undique circumseptas, *solo* adæquaverit, præ dura *marmorea* saxa perruperit; quidni etiam obsecro ex otioso nebolone, virum doctrina efficiat consummatum? Licet enim puer, qui primam ætatis partem soporifera transegit desidia, *Musarum* castra postmodum, & literariæ militiæ limites ingressus, molestus *docturi* videatur, *sibique* etiam *ipsi* injucundus, quia ob priorem gnaviam, grave laboris onus haud facile potest sustinere: tandem tamen somnifero excusso ex torpore, novenam *Pieridum* turbam alacris amplectitur. * *Cleanthem* ferunt ingenio fuisse adeo hebetem, ut nemo *illum* in disciplinam suam recipere velit, quo *naturæ* vitio pudefactus adolescens, labores suscepit plusquam Herculeos, posteaque non infimi subsellii evasit Philosophus: † *Demosthenes* cara & iustitutione emendavit balbutientis linguæ titubantiam, & literam *R*, quam prius non potuit, articulate pronunciare assuevit. Quis nescit *Hesiodum*, pastorem id *Ascræis* vallibus, è *bubulco* sordidissimo, in *poetam* peritissimum evasisse? *Nicander* Colophonius, homo rerum rusticarum ignarus, & insolens agricolendi ratione argutissime explicasse dicitur; *Aratus* in Astronomia permediocriter versatus stellarum

* Certe *Abderitis* nihil stupidius, unde *Martialis* lib 10. epigram 25. *Abderitana* pectora plebis habes. & *Tatianus*.

† ἀ βδν. ἐδ' ὄγον vocat hominem nugas tantum blaterantem: & tamen *Demosthenes* prævisus acutissimus *Abderita* fuit, teste interalios Pomponio *Mela*: Quare de eo recte *Juvenalis*, lib 4 sat. 1. cujus prudentia monstrat, Summos posse viros, & magna exempla daturos Vervecum in patria crassoque sub aere nati. Illustri quoque hac de re locus apud Apuleium in apologia, ubi inter alia inquit *apud sapientissimos Scythas* Anacharsis sapiens natus est, apud Athenienses catos Miletides fatuus.

Jarum

larum cursus, cœlorum motus, non secus perstrinxit, ac si in ipsius *Saturni* sinu fuisset educatus. Quot etiam sunt in agris & oppidis, inter *Pana* & *Sylvanos*, inter *Vulcanum* & *Cyclopas*, præclara hominum ingenia, qui *præceptorum* optimorum penuria, maligna rei domesticæ angustia, (ceu agri pingues & inculti) sylvescunt degeneres? Fertur in historia, quod si *viperæ* inter balsamum & suavissima aromata enutriantur, veneni expertes, medicorum usui apprime inserviunt: quanto magis homines bene à *pueritia* educati, optimi fiant literarum & virtutum *antesignani*; si autem sub mali præceptoris & negligentis mereantur ferula, in *epicuri de grege porcos*, in lupos, tigres, asinos, convertuntur. *Cereus vitium* flecti, puer est, *cereus* etiam in *virtutem*, in quam velis formam, mutandus: unde *etymologistæ* dici volunt *puerum*, quasi *purum*; ut enim in abrasa tabula, aut *pura* charta virginea, cujusl bet formæ *literas* inscribere licet: pari modo, & *puerilis* indoles, omnis scientiæ capax est: quod si *peritus* magister, salubria impresserit præcepta, si perite & methodice *eum* erudierit, omni *doctrinæ* genere instructissimus audiet.

In primis igitur *parentum* votis, in primis hoc esset parentum *studiis*, ut quam literatissimos, quam prudentissimos, quam peritissimos, conquirant filiis suis *pædagogos*: Aliquin idem omnino *illis* obventurum est, quod *Philippo Macedoni*, cujus equisones, cum naturam *Bucephali* sui excellentem minus perspectam haberent, verbere & stimulis coërcere conati, *equum* nobilissimum perdidissent, nisi ipsemet *Alexander* adhuc parvulus, eorum imperitiæ occurrisset, fusteque omni, & calcaribus abjectis, *equum* ex animi sui sententia, ad cursum

Asperos & immites pullos in optimos equos evadere, cum idonea illic disciplina & institutio adhibetur. P. m. in Them.

ſum velociſſime incitaſſet, nutuque ſuo flectendum curaſſet. Annon obſecro ſæpe videmus, ex *curviſſimo* virgulto rectiſſimam *arborem*; ex rudi lapide elegantiſſimam ſtatuam; ex acerbiſſima *malo* ſylveſtri, *mitia* poma, inſitione ſola proveniſſe? ut *arti* nihil ſit impoſſibile, nihil impervium. *Belluæ* ipſæ, quanquam immani feritate horribiles, *ingenii* humani peritia domantur, & manſueſcunt. Plus enim *arte* quam *Marte*, mente quam *manu* effici poſſe, compertum eſt. Quemadmodum enim in omnibus præterea artibus acuminoſa requiritur *artificis* peritia, ita in hac *artium* arte, ſagaciſſima doctorum induſtria deſideratur, qua latentes puerilis *ætatis* divinos *igniculos* exſuſcitarent, ne meſſis in *culmo*, fructus in *flore* deſtruatur; & ſummæ indolis adoleſcentuli, ſola *præceptorum* impoſitia diſtorqueantur. Si enim prudenti quadam *obſtetrice*, nobis dum naſcimur, opus eſt; quanto magis prudentiſſimo præceptore, cujus *usum* opera, animus in *artium* cognitione ſolet renaſci. Quocirca, ne veſtras aures, longa nimis morarer ambage, aut nauſeante prolixitate inceſtarem, cum abunde vidiſtis comprobatum, *Artem* aliquoties poſſe *naturæ* defectus redintegrare, è feroci manſuetum reddere, è curvo rectum, ex amaro dulcem, & è duro marmore politam imaginem; cur non etiam *arte* & peritia *præceptoris*, ex hebetiſſimo ingenio, evadat tandem vir egregie doctus, multi juga literarum cognitione præcellens; cum videamus *Cleanthem*, ignari doctoris ope, *naturæ* malitiam ſuperaſſe; *Demoſthenem* balbutientiam ſuam dedidiciſſe; *Socratem*, ſola *Philoſophia* magiſtra, nequiſſimos illos, quos habuit ingenitos ſuæ *naturæ* mores, exuiſſe. Proinde quid eſt quod ego dubitem, idque non majori *audacia* quam *veritate*,

Nemo adeo ferus eſt, ut non miteſcere poſſit, ſi modo culturæ patientem commodet aurem. *Horat. Epiſt. 1. lib. 1.*

pag. 231.

tate, in ipsa jam calce orationis, affirmare?
E quovis ligno fieri posse Mercurium.
Dixi.

Quæsitum est, *An ex quovis ligno fit Mercurius.*

Viri vere Apollinares!

Audivistis *Antagonistæ* hosce, bellaque *inter geminos plusquam civilia fratres*, qui, tanquam pro *Argiva* illa decertassent *Helena*, suas utrinque copias conscripserunt, inque aciem disposuerunt, jam autem *judicio stantve cadunve meo*. Imparatus autem, & omnimode imperitus ego ortam dirimere controversiam, cum plane nesciam, rem adeo intricatam *gemina suspendere lance Ancipitis libræ*; Vos igitur *vestram* mutate operam, ego simbellam elevabo, *vos* in qua placuerit lancis parte, *vestram* immittite calculum, & utri libuerit, deferatis lauream ——— Modet. Part.

Junior, ut audistis, tantam demonstravit inesse *puerorum* indoli ineptitudinem, *plumbeam* stupiditatem, *asininam* hebetudinem, quod plusquam *Herculei* laboris sit, ex *illis*, subtilissimos *Philosophos*, flexanimos Oratores, ingeniosos *Poëtas*, edolare; non secus ac ex nodoso & distorto ligno venustam *Mercurii* statuam affabre exsculpere: *Senior* contra, ampulloso *Orationis* gyro, calamistrato *rationis* cincinno, *nobis* persuasisse videtur, *neminem* esse tam *Bœotico* ingenio, tam fungum, *Antronium* asinum, acuminis plane pistillo obtusioris, quin in virum literis perpolitissimum evadat, qui *Demosthenē* in eloquentia, *Homerum* in poësi, *Orpheum* ceu *Apollinem* potius ipsum, in re *musica*, in certamen ausit

provocare. Et proculdubio, omni fere *fide maius* esset, miranda *industriæ* & *laboris* effecta revolvere, *stupenda* ingeniosorum virorum *inventa*, susceptа, & gesta recensere. Quid enim aliud est quod *Poëtæ* fabulantur, *Orpheum* sylvas, saxa, feras & *montes* dulcisonæ suæ *lyræ* modulatione incantatos post se traxisse, quam homines, *agrestes*, et frænis moribus, efferoque ingenio imbutos ad meliorem *vitæ* rationem literarum studio reduxisse? *Latomos* videmus ex rudibus, & scabrosis lapidibus, elegantissima ædificia extruere, immites *Leones*, feros *Ursos*, hominum peritia curari. Hodiernus hic *Phœbi* oculus multas intuetur terræ partes infrugiferas? quæ mira fertilitate fruticescerent, si perita cujusquam *agricolæ* manu subigerentur. Quid? annon *Ursi* informes à partu catulos lambendo efformant? Quid autem si *puer* hebes sit & ignavus, at certe si *præceptor* omnem, quam potest, adhibeat industriam, quid obstat quo minus *illum* sic instituat, ut evadat *Antistes* musarum, & literarum *delirium*? Quidni id obveniat ingeniis, quod *Milonis* olim taureis, qui *vitulum* subinde tollendo, *bovem* aliquando tandem portare assuevit? *Adamas* unus tantummodo re molliscit ad ictus *ferri* durissimos semper indomitus. *Lutum* igne obdurescit, *cera* autem liquescit: *Puerorum* ingenium, aliud *mansuete* tractatum, evadit optimum; aliud plus *verberibus* efficiet. Adeo ut *præceptorum* aut incuria, aut imperitia, videtur contingere, si *quovis ligno non fit Mercurius*.

Egregiũ nauclerũ adversa tempestas arguit; ingignis sculptor, quo durioremac minus obsequentem nactus est materiã, hoc majus suæ artis miraculum præbet—

Quod si tamen acutiori *mentis* oculo, omni emoto peristromate, *rem* ipsam penitius paulo intueri vultis, aliter forsasse sentietis: Quis enim *mortalium* adeo potens est, ut valeat è *subjecta* prorsus *inhabili*, stupendum aliquid *artis* suæ specimen exhibere? Non potest *aurifex* ex flan-

Comparatio utriusque. P. 79.

no

ne aut ferro, tam venustum poculum effingere: Neque ipse *Dædalus* si jam esset redivivus, è gibboso quovis stipite statuam erigere. *Natura* nonnullis negavit *ingenium*, aliis quibus blandior indulget, facultatem dedit, ut omnibus omnium literarum numeris sint absoluti. Quis jam *naturæ* cursum immutabit? cum *non eadem tribuunt cœlestes Dona quibusvis: seu formam, sive ingenium vireſque loquendi*? Linga *Ciceroni* favet magis, mens *Senecæ* ditior, & *Catoni*. Demosthenes, *orationis* quasi fulmine, & *flumine*, huc illuc *animos* auditorum facillime rapit; *Aristoteles* in occultis *naturæ* subtilitatibus exercetur. Adeo ut cum ad res tam diversas, à *natura* disponimur, impossibile est, ut *omnis* ad *omnia* sit idoneus, aut qui indocilem habeat animum, *vir* fiat egregie doctus; quantumvis ipsum *Apollinem* magistrum nactus fuerit. At vero longe facilius est, *è quovis ligno Mercurium*, quam è quovis puero discipulum facere eruditum. *Ligna* enim non possunt à *malleo*, serra, aut *dolabra* se subtrahere; *pueri* autem sæpissime otiantur, & delitescunt. Præterea cum *eruditionis* omne genus, aut *oculis*, aut *auribus* imbibatur, difficillimum est puerorum *auribus* sic imperare, ut auscultare velint, adeo ut *artium* præcepta *illis* tradita diffluant, non secus ac *aqua* in pertusum *Danaidum* dolium insusa, aut *imber* in rupes cadens, qui subinde repercutitur.

Inter omnes *Romanorum Imperatores* quis meliorem fortitus fuit *præceptorem*, quam *Nero*? quem tu *Seneca* institutis imbuisti tuis, idque summo tuo & indefesso studio, labore, noctisque diesque, *unicum* anxie curasse visus es, ut *pupillum* tuum scientia, & *artibus*, vita & moribus, regia stola, solio *imperatorio* dignissimum formares. Sed *arenæ* tua *semina* mandasti; operamque omnem & *oleum* perdidisti. *Nero* enim etiamnum

omnium *Nero* perstiterit, omnigenis vitiorum sordibus, voraginosa scelerum *Lerna* immersus, *Cimmeris* ignorantiæ tenebris occæcatus, adeo ut *Philosophum* ne pictum quidem, quod aiunt, unquam viderit, & (ut verbo dicam) ipso factus est *scelere sceleratior*. Nemo sanus (ut opinor) culpam in *præceptorem* conferet, tanquam parum idoneum, ad *regiam* indolem instituendam; sed in nequissimum potius, & distortum plane, ipsius *Neronis* ingenium. Nam *lancea* non fit ex *thymbra*; aliud *noctua*, aliud *cornix*, aliud *psittacus*, aliud *cournix* sonat, ut citius quilibet, faciliusque poterit *Heraclito* risum, aut *Democrito* excitare fletum, quam aliquorum *tardi-discentium* (ut *Gellii* verbo utar) sic promovere, ut vel *parentum*, vel suorum *præceptorum*, suisve demum *ipsorum*, spei, laboribus, votis, respondeant.

Cæterum ea fane nunc dierum deploranda est *scholarum*, & præceptorum conditio, *miseria vel hosti miseranda*, quod cum *plumbeum* quodlibet, aut *Bœoticum* ingenium, exspectatum in studiis profectum non assequitur; vesana intemperies *parentum* statim acuitur in ipsum *præceptorem*, * in quem ceu *Tisiphone* ipsa, cæteraque *furiæ* involant, *famam* ejus, virulentis opprobriis, falsissimis mendaciis *convellunt*, dilaniant. Quid? num putant *homuli* isti, penes esse *præceptorem*, ut ex *asino* faceret *equum*, ex stupido acuminosum, ni forte eum tanquam alterum *Deucalionem*, & *Pyrrham*, haberi velint, qui, (ut est in fabulis) durissima *saxa*, in vivos *homines* transmutabant.

O *Pædagogi*, omnium quos *terra* nutrit, *hominum* infelicissimi! Quis *vestros* unquam *labores* fando percenseat? Quis *angores animi* verbis exprimat? *Suspiriis* aut singultibus adæquet? Ipsius hercle *scholæ* (dicam an *pistrini*?

* Culpa *discentis* scilicet arguitur, quod læva in parte mamillæ, Nil salit Arcadico juveni. *Juven. Sat. 8.*

pistrini? nam σχολὴ proculdubio *Ironice* dicitur, utpote ἄσχολος, nisi à σχολὴ deducere malemus) *ipsius*, inquam, *scholæ* vestræ parietes, (qui vestros vident labores, *b* audiunt querelas, testes sunt votorum;) *vestra* sæpius de causa condolentes, in *lacrymas* se solvunt, nec non ipsi lapides in *fletus* prorumpunt amarissimos. Debetis enim aliquorum *stultitiam* perpeti, dum sapientiores fiant; *arrogantiam* perferre, dum evadant modestiores; *difficultatem* exsorbere omnem, dum rudiores penitus excolantur; commissos in itinere existimare, *vobis* tanquam ducibus, ignaros viæ, atque *fidem*, & existimationem vestram, nisi *salvos*, & incolumes ad finem perduxeritis; *vestra* plane non laudatur *opera*, nisi existat *opus*: non est satis *docere* juvenem, nisi appareat *doctus*. Sed qua de causa, morosi illi *parentes* exigunt à *vobis*, ut filii sui quamvis ingenio non omnino quidem *hardi*, tardi tamen, fiant doctissimi, cum *ipsi* ab agris suis non exspectant *triticum*, ubi hordeum seminarant; nec *rosas*, ubi carduos conseverant; nec *annulum*, aut armillam *auream*, ab artifice, cui *ferrum* vel plumbum fabricandum dederant. Quamobrem, ut uno omnia comprehendam manipulo, cum *Poëta* statuere visum est, *Vir sapiens nunquam direxit brachia contra Torrentem*——

Invita *Minerva*, non est quod procemur obstetricantem *artis* & *laboris* operam; velut enim, *Non dulcem è quovis, apis ingeniosa liquore, Flore sed electo* cum) verum excentis, ut qui semper sordidi in *illis* suis (*in illis* dixi?) imo *pistrinis* potius ac *carnificinis*, inter *puerorum* greges consenescant laboribus, obsordescunt clamoribus, fœtore, pædoreque conabescant —— *Erasm. Moria.* —— *Palæogonus*, (tanquam alter *Prometheus*, ad Caucasum à *Jove* damnatus, vultures perpetuo intentos laniatu pascens,) variis *Vulcaniorum* dolorum curarumque stimulis exesus est —— Ego ne Ulysseos quidem labores cum nostris conferendos esse censuerim. *Erasm.*

a *Aristophanes* à cura, qua se cogitabundi illic & anxii perpetuo macerant φροντιστήρια appellavit.

b Genus hominum profecto, quo nihil calamitosius, nihil afflictius, nihil æque *Diis* invisum; neque enim πόνοι καὶ μόχθοι tantum sunt obnoxii; (quemadmodum indicat *Epigrammatis* Græcum

germine, mella legit: Pari ratione (tu noster sollertissime Crataippe!) non potes è quolibet Marte, è quolibet Nerone, ex quovis ingenio, nisi aptos, docili & capaci, virum efficere literatum: *E quovis enim ligno non fit Mercurius.*

Dixi

Lauriferi Oratio.

Dignissimi Domini!

POst occisum Pythonem, *Pythios* instituisse ludos *Apollo* dicitur, in quibus qui se strenue gessisset —— *Esculeæ capiebat frondis honorem.* —— Vos jam *Agonistas* vidistis vario *Marte*, varia *arte* decertantes; alios in *Oratoria*, alios in *Poëtica*, in *Musica* alios, in quibus *victor*, quisque suum exspectat præmium. Si *vestram* placeat *nobis* indulgere veniam, *Apollo* noster vellit, ut *suæ arboris* honore singuli fruantur, *laureamque*, victoriæ *insignia* reportent. Tu itaque N.N. qui divina tua *musa* nobis stupefactos fecisti animos, *Apollinis* tui *Poëta* laureus, *aureus* esto. Adesdum, *indue*, *discede*; sequimini hunc, o spesperatissimi *pueri*, *Matti* este in *studiis*, musas diligite, ut non in *Helicone* tantum celebres, sed in omni *terrarum* orbe, vestra *laus* sydereos surgat ad usque polos ——

Dii.

Valedictoria.

MOrem fuisse apud *Persas* (aiunt) ut *orientem* solem, gestienti lætitia, summaque odoratione excipere soliti essent: *occiden-*

occidentem, magno ejulatu, luctuque, quasi nunquam postea orituram. *Vos* estis (honorandi *Domini*) vos estis ille *Sol*, illi *Soles*, *nos* autem, ut *Persæ*; Vester in has ædes *ingressus*, ceu ortus *Solaris* emicuit, & hunc læti accepimus; *abscessus* hinc, velut *occasus* quidam videtur, quem *planctu*, lacrymis, suspiriis, *mœsti* prosequimur. Adeo ut quod S. P. Q. R. Augusti *Cæsaris* obitum lugens optasse fertur, *Cæsarem aut non fuisse natum, aut natum non fuisse moriturum*; in nobis merito invaleat *votum*, vos in hasce nostræ *Minervæ* ædes, vel prorsus non introisse, vel jam ingressos mansisse diutius.

Sed nec *vota* valent, properat occiduus præsentiæ vestræ *Phœbus*, anhelos equos in suæ *Tethyos* stabulare gremio; & *obtusas* lassatæ patientiæ *aures*, dulciori *alibi* recreare *harmonia*. Hinc *Chorus* omnis, noster scholasticus, *Solvit se in luctum, & lacrymas* magnaque suspiria. Nec immerito; non enim aliud, possumus *exspectare*, nec aliud *sperare*, quam ut *Cimmariis* obtrectatorum *tenebris* involvamur.

Inviti (fatemur) *vobis* valedicimus, habetis ὀφθαλμὸν λυπηρὸν. Hoc unum *valedicturi* enixe petimus, ut quanquam aureus vestræ præsentiæ radius, *nobis* amplius impræsentiarum non affulserit, detur tamen de futuro, ut *influxus*, ut fulgor favoris & patrociuii vestri, in *Musas* nostras, ceu ætherei *solis* in lunam *reflexus*, resplendeat. Hæc siquidem ratione, *vestræ* hujus *scholæ* alumni, *lati* indies cantabimus

——— Sol occubuit, *nox* nulla sequuta est.

Dixi.

Altera Valedictoria.

POst longam, & periculosam navigationem, O quam gratus est opportunus portus? quam exspectatus! Vos *Auditores*, in hanc *Scholam*, hoc Palladis delubrum, ceu naviculam quandam conscendistis; quæ *aures* vestras, orationum nostrarum *fluminibus*, abreptas secum trahens, tanquam in *alium*, in immensum *verborum* pelagus, longius æquo deduxit, ubi (tanquam in *iracundo* quodam *Adria*) flantibus, & reflantibus ventis, cum vario aliquandiu *Neptuno* luctati, verbosæ *nostræ* petulantiæ, velut impetuosus *Æoli* afflatus, *vestram*, quam primitus experti sumus in conscensu huc *vestro*, concussit fere, quassavit saltem vereor, *æquanimitatem*, & in nauseantis *tædii* scopulos multoties illisit; adeo ut *naufragium* sæpiuscule, *attentionis* vestræ proculdubio fecerimus. *Palinurus* autem noster, qui in *puppi* sedet nauclerus: *me* tanquam *Mesonautam*, in celsissimo *Carchesio* speculatorem posuit. *Ego* veruntamen hactenus nihil longe lateque conspicatus, præter *cælum undique & undique pontum*; nunc demum ex summa mali *antenna*, in qua jam diu speculabundus steterim, tandem aliquando *ripam* video, & altissima *domorum* è longinquo fastigia; quod si serenus *vestri* favoris *Zephyrus*, nostra aliquantisper *turbata* diutius impleverit, ad *Caput Bonæ Spei* appellemus illico.

Nolite quæso (*patientissimæ* auris *Domini*) Nolite quæso, jam committere, ut præ *prioris* tam diutinæ *navigationis* fastidio, *navis* nostra, jam fere in *portu*, naufragium patiatur. *Unum* est & *unicum*, quod *Præceptor* noster rogatum *vos* velit, ut *veniam pro laude*, hisce *pupillis* suis, ex immensa

mensa *vestra* (qua polletis) humanitate, indulgeatis. Valde enim metuit, ne prolixitas hæc *Scholasticarum* quisquiliarum, puerilium*que* *crepundiorum* tinnitus, *vobis* fuerit offendiculo; ut talem *vos* ideo *nobis* remetiamini gratiam, qualem olim *Augustus Cæsar*, *argutam*, non sine *sale* mordacem, reprehensionem, *privato* cuidam generoso *Romano*, qui *illum* ad pertenuem cœnam invitaverat, longe longeque infra tantæ *majestatis* excellentiam, *nesciebam me tibi fuisse tam familiarem*. Ignoscatis igitur (supplicissime petimus) tam insolentissimæ *nostrorum* audaciæ, quæ *vos* huc *invitaverit*: Ignoscatis balbutienti huic *puritiæ* quæ nihil exspectatione vestra dignum *præstiterit*; Ignoscatis demum loquaci nostræ *prolixitati*, quæ tam diu *vos* detinuerit; & pergite, (summissime precor) pergite, quæso, *nos*, teneros *Musarum* alumnos, blandissimis indulgentiæ *vestræ* ulnis amplecti; atque *Minervam* nostram, in *frigescenti*, imo *malignanti* horum temporum *sydere*, propiori *radiorum* vestrorum *influxu* fovere, ne denuo soboleſcens abortiat *Schola*; & *nos* agnoscemus vestras *Reverentias* studiorum nostrorum solos *patronos*, aut *Deos* quosdam potius *Tutelares*, tantique beneficii memoriam perquam gratissimo æternum animo recolemus.

Dixi.

Qua-

Quæstiones aliquot declamatoriæ.

Ratoris rastrum quam *Oratoris* rostrum expetibilius sit?

Ajacī potius quam *Ulissi*, *Achillis* arma deferri debeant?

Præstet esse *Achilles* invidiæ obnoxius, quam *Thersites* ab illa immunis?

Rectius fecit *Crates*, qui aurum in mare projecit, quam *Midas*, qui adeo magnifecit?

Diogenis dolium, *an Alexandri* solium expetibilius sit?

Lucretia bene fecit, quando seipsam interfecit?

Præstet *inopem* esse, quam *impium*?

Malus sit, qui *sibi soli* est *bonus*?

—Peragat tranquilla potestas,
Quod violenta nequit?—

Minimum *libere* deceat, cui multum *licet*?

Honesta *mors*, turpi *vitæ* sit anteferenda?

Qui *ducit* uxorem libertati *valedicit*?

Præstat *virum* pecunia, quam *pecuniam* viro indigentem respicere?

Educario publica privatæ præferenda sit?

Aurea *libertas* auro *pretiosior* omni?

Melior sit consulta *tarditas*, quam temeraria *celeritas*?

Fortes creantur fortibus, & boni bonis?

Minug est servasse repertum, quam quæsisse decus?

Cuivis homini contingat adire Corinthum?

Liceat *fœminis* imperare?

Magistratus *juveni* sit committendus?

—Omnia grandior ætas Quæ fugiamus habet?
Nulla fetunt anni venientes commoda secum?

Magnates sint magnetes?

—Melius nil cœlibe vita?

Nihil ſcire ſit vita jucundiſſima?
Ex quovis ligno ſit Mercurius?
Præſtet *jejunare* cum Muſis, quam *prandere* cum Sardanapalo?
Regnorum everſio fiat, non *murorum* ſed morum caſu?
Seniores annis, ſint ſaniores animis?
Martis caſtra, quam *Mercurii* comitari præſtet?
Præſtat *nequaquam* quam *nequam* eſſe?
Actum eſt de *homine*, quam actum eſt de *nomine*?
Præſtat aquam, an vinum bibere?
Plus *oneris* quam *honoris* in Magiſtratu?
Verna, quam byberna melior *anni* ſit tempeſtas?
Regi an *legi* deferendum ſit judicium *imperium*?
Poetæ naſcantur, non fiant?
Bona corporis ſint animi mala?
Secundę res felicem, magnum vero faciant adverſæ?
Vincere cor proprium minus eſt, quam vincere mundum?
Plus debuit *Alexander Ariſtoteli* præceptori, quam *Philippo* patri?
Unum in bellis *Ajacem*, quam decem *Ulyſſes* habere præſtat?
Tantum *ſumus*, quantum *ſcimus*?
Utilius ſit Socratem de *moribus*, quam Hippocratem de *humoribus* diſputantem audire?
Sitis voluptatis parit febrem ingenii?
Magnum ſit *ei* damnum, cui mala fama lucrum?
Κρεῖσσον ὀψὲ σωφρονεῖν ἢ μηδέποτε;
Sæpius ad laudem atque virtutem, *natura* ſine doctrina, quam ſine natura *doctrina* valeat?
Dominetur regibus aurum?
Deteriores ſimus omnes licentia?
Nulla fides, regni ſociis?——

Viginti

Viginti duæ *Quæstiones* tristico comprehensæ, *quæ* omnia *Logicorum* argumentorum *capita* eliciunt: & puerilem *Inventionem* in Excogitandis rebus valde possunt adjuvare, ex *Willisii* Mnemonica huc adscriptæ.

AN? quis? quid? cujus? cui? quo? quibus auxiliis? cur?
Quomodo? circa quid? qualis? quantum? ex, in & à quo?
Quamdiu? ubi? quando? quoties? quotuplex? quot & unde?

An *sit*? Hæc quæstio ad argumentum indefinitum referenda est.

2. Quis *author* { *Motus?* *Operis?* *Facti?* *Dicti?* *Scripti?* *Consilii?* } Hæ nimirum quæstiones *causam* efficientem respiciunt.
est Definitio.
Continetur? *Inhæret?* *Adhæret?* } Adjunctum { *Locatum.* *Inhærens.* *Adhærens.*
3. Quid { *Movetur?* *Fit?* *Dictum est?* *Scriptum est?* *Deliberatum est?* } effecta.
4. Cujus *existit?* Subjectum *recipiens* ad se.
5. Cui *comparatur.* { *Quantitate.* *Qualitate.* } Argumentum { Par. Majus. Minus. Simile. Dissimile. }

6. Quo

6. Quo { *Tendit?* Locus ad quem?
Spectat hæc sententia? Testatum.

7. Quibus auxiliis *fecerint?*
- *Solus?* Causa solitaria,
- *Cum aliis tanquam* { *Principalis?* / *Æqualis?* / *inferior?* } Efficientes *secundi modi.*
- *Cum instrumentis?* causa instrumentalis. Efficientes *secundi modi.*

8. Cur? *Causa finalis.*

9. Quomodo *factum utrum*
- *Procreando?* / *Conservando?* / *Abolendo?* / *Labefactando?* } Efficientes: *primi modi.*
- *Natura?* / *Consilio?* / *Necessitate?* / *Fortuna?* / *per Imprudentiam?* } Efficientes: *veteri modi.*

10. Circa quid? Subjectum *circa* quid *vel* objectū.

11. Qualis *exiſtit?* { Forma. / Conjugatum. / Descriptio.

12. Quantum? adjunctum quantitatis.

13. Ex quo *fit?* materia.

14. In quo
- *Inhæret?* Subjectum adjunctorum inhærentium.
- *Exercetur?* Adjunctum occupationis.

15. A

15. A quo distinguitur? viz. tanquam. { *Diversum?* / *Disparatum?* / *Relatum?* / *Adversum?* / *Contradicens?* / *Privans?* } Argumenta Dissentanea.

16. Quam diu? Adjunctum *temporis* mensurati.
17. Ubi? *Locus, sive* subjectum continens.
18. Quando? *Adjunctum* temporis *designati.*
19. Quoties? *Adjunctum* temporis *numerati.*

20. Quotuplex? *Distributio* { *Ex causis.* / *Integri in membra.* / *Ex effectis.* / *Generis in species.* / *E subjectis.* / *Ex adjunctis.* }

21. Quot? Inductio { *Causarum,* / *Membrorum.* / *Effectorum.* / *Specierum.* / *Subjectorum.* / *Adjunctorum.* }

22. Unde { *Venit?* Locus ex quo / *Dicitur?* Notatio / *Probatur?* Testimonium. }

Et hæ *quæstiones* non solum ad excogitandas *novas*, sed etiam ad *res* è memoria elapsas reducendas, valde conducunt; multa siquidem in re aliqua fatagenda latere nos possunt, quæ *cauta* tamen horum versiculorum *repetitio*, & prudens *applicatio*, menti suggerent.

Hæc *Willisius.*

Epi-

Epistola-graphia.

EPistola est scriptum *animi* nuncium, ad absentes.

Apud varios, *varia* sortitur nomina: vocatur enim *literæ*, & κατ' ἐξοχὴν *litera*, *tabulæ*, *tabellæ*, *codicilli*, chartæ Epistolares, & *chartæ*. Ubi 1. in *stylo* conspiciatur quædam quasi *negligentia*; præsertim in Epistola *familiari*; esset enim ut plurimum humilis, & *Laconica*, at non *Asiatica*. b—Odiosa in *Epistolis* est garrulitas.

2. Non adhibendæ sunt Periphrases; nec res tenues onerandæ *lacinia* orationis.

3. Oratio sit *Ethica*, non *Pathetica*; candor animi, non vehementiores *affectus* exprimendi. c Nisi forsan in Epistolis Asiaticis, ubi inventio est copiosior, & exornatio fusior, & periodi laviores. d quæ spernunt ligari præceptiuncularum compedibus.

4 Scribendum per literas *repræsentatitias* nunc ad *Magnates*, nunc ad viros *doctos*, ut styli rationem diversam condiscamus.

Epistolæ considerare debemus cum *affectiones*, tum *genera*. Affectiones Epistolæ sunt tres; *Salutatio*, *Valedictio*, *Superscriptio*.

a Lipſ. Epiſt. inſtit. τὸ δὲ μέγεθος συναναλῶ τῆς ἐπιστολῆς ὥσπερ καὶ ἡ λέξις. αἱ δ' ἀναγκαῖαι περὶ, &c. vid. demet. περὶ Ἐπιστολῶν.

b Structam, & aſyndetis ſæpe: *latior* omnis *phraſis* abdicetur, *queris* tamen ſi luxurient vitio non eſt dandum, ubertatem illam ætas paulatim depaſcit. *Lipſ. Epiſt.* c Scilicet ut *vela*, pro magnitudine *navium*: ſic *verba* debent eſſe, pro rerum. *Lipſ.* ib. d Epiſtola debet interdum hallucinari. *Cic.* ad Attic. *Ornamenta* interdum habeat, *lenocinia* nunquam——Quod fœminas *ornare* dicitur, non *ornari* hoc Epiſtolam —— *Lipſ.* —Nullum eſſe ex omni ſtudiorum genere partem hæc una, quæ vel latius pateat, vel quæ tantundem habeat aut uſus autoa ſuptatis— *Eraſm.* Guli Montjoia.

1. In-

1. In *Salutatione* includimus *Precationem* & *Compellationem*. 1. Precatio in ipso *Epistolæ* limine, & *vertice* ponenda est: ut,

Salutem in Christo sempiternam.

2. *Compellatio* ponitur in semi linea ad lævam, hoc modo, *Amice perdilecte!*

3. *Valedictio* post absolutam *Epistolam*, per usitatissimum illud, *Vale.*

In margine autem *sinistro*, ponatur *locus* ubi, & *tempus* quando scribebas; ut,

Datæ Eboraci, sexto Iduum Septembris, anno redemptionis nostræ, millesimo, sexcentesimo, vigesimo quarto.

In margine autem *dextro*, testatio *affectus* aut *officii*, una cum *nomine* scribentis exprimi debet:

Tibi haud vulgariter obstrictus,
Radulphus Mercerus.

4. Superscriptio seu *inscriptio*, in dorso clausæ jam *Epistolæ* signatur: ubi scribenda *persona* cui, & *locus* in quo habitet aut commoretur, hunc in modum:

Amantissimo suo R. M. *Londini ad insigne Leporarii, in Cœmeterio Paulino, hæc.*

Epistolarum genera.

SIc fuerunt *affectiones*: sequuntur jam *genera* Epistolarum; & specialis earum tractatio, in triplici *Causarum* genere, viz. *Demonstrativo, Deliberativo, Iudiciali*, de quorum *formulis* videatur *Prateolus*—& *Alstedius* in Oratoria—& *Vossius* in *Institut. Orator.* qui copiosissime de his & optime—

1. In-

1. In *Demonstrativo*, sunt Epistolæ,

1. *Narratoriæ*, ubi rem aliquem suis *depingimus* coloribus, aut breviter totum negotium *narramus*, & amici vel judicium, vel preces requirimus. Vide—*Prat. p.* 5. 14. 19. 47. 57.

2. *Lamentatoriæ*, ubi *dolor* quemque *disertum* efficit. Cavendum hic autem est, ne effœminatum animum ostendamus. *Prat.* 42.

3. *Gratiarum actionis*, ubi beneficium acceptum laudabimus, quod *ultro* citro sine *merito*, non *exspectanti*, collatum sit. 2. Promittemus *nos* gratiam relaturos, *Prat. pag.* 14, &c. 21.

4. *Gratulatoriæ*, ubi *nostrum* gaudium exaggerabimus. 2. Bonum quod *aliquis* adeptus est, extollemus. 3. Bene *precabimur* ut sit felix faustumque *pag. c.* 19. 21. 38. *ibid.*

5. *Officiosæ*, ubi amicis nil tale petentibus, *operam* nostram *ultro* deferimus, rogantes, ut æqui bonique consulant. *Prat. pag.* 21.

6. *Disputatoriæ*, ubi ponenda, 1. *Occasio.* 2 Quæstio. 3. Aliorum sententia. 4. Nostra sententia. 5. Rogandum judicium

7. *Collaudatoriæ*, ubi cogitetur illud *Euripidis*, Αἰεν αἰνεῖ σοῦ Κάρ. Laudabimus autem in *genere*, recte factum; & in *specie*, tale factum, allatis circumstantiis & exemplis illustribus.

8. *Deprecatoriæ*, ubi culpam fatebimur eamque extenuabimus ab ætate, imprudentia & *delicti* genere: Nostram *pœnitudinem* significabimus; *ejus*, ad quem scribimus *clementiam* laudabimus; *spem* melioris vitæ ostendemus.

2. In genere *deliberativo sunt*.

1. *Suasoriæ*, ubi rationes sumendæ, ab *honesto*, *utili*, *necessario*, *jucundo*, *facili*, *possibili*. Quæ rationes ampli-

amplificantur ab *Exemplo*, *majori*, *minori*, & *contrario*. In *Dissuasoriis*, argumenta ex contrariis *locis* ducenda sunt, ut à *turpi*, *inutili*, &c. —— *Prat.* 31. 34.

2. *Hortatoriæ* fiunt à *laude*, *spe præmiorum*, *metu incommodorum*, *odio*, *amore*, *miseratione*, exspectatione, *exemplis*, *obsecratione*. Ai enim sunt quasi *stimuli* quidam, & incitamenta virtutum. *Prat.* 48.

Dehortatoriæ fiunt à *personis*, quibus infeliciter cessit, *à rei turpitudine*, *dprobro*, *cõtrario*, *incõmodo*. &c.

3. *Petitoriæ*, ubi ejus, à quo petimus, *benevolentia* nobis concilianda est, à *persona* ipsius & *materia*; deinde narratio *petitionis* subjicienda. Tum dicendum, esse *rem piam*, *justam*, *honestam*, nobis *necessariam*, illi *facilem* & *honorificam*. Ad *extremum* sequendi remunerationis pollicitatio 47.

4. *Commendatitiæ*, ubi ostendendum, esse *illum* nostrum *amicum*, quem commendamus, 2. Esse *commendatione* dignum. 3. *Eum* ad quem scribimus, fuisse aliis *benevolum*.

5. Rem de qua scribimus, esse æquam & facilem. 5. Fore nos *beneficii* memores.

6. *Consolatoriæ*, ubi dicamus. 1. *Prorsus non* dicendum esse, vel, 2. *Non adeo* dolendum. 3. *Malum* itaque extenuabitur. 4. *Exempla* illustria cordatorum virorum colligentur. 5. *Providentia* Dei afferenda. 6. *Nostra* & aliorum *opera* offerenda est. *Vid.* Mellific. *orator. pag.* 95. *part.* 42.

7. *Responsoriæ* ad consolationem, continebunt *gratiarum* actionem, & significationem consolationis acceptæ: denique argumenta nova, quibus *nos ipsos* erigimus. 43.

8. *Monitoriæ*, ubi ostendendum quid *fugiendum*, amico quid *faciendum*. Hic autem *autoritatem* induamus ab *ætate*, qua *illum* præcedimus à multarum rerum *usu* & *doctrina*, quæ in *eo* per ætatem, *tanta* esse non possunt.

9. *Con-*

9. *Convitiaria*, ubi *convitia* sunto sine *vitiis*: nam si strictius *vitam* & *vitia* velimus carpere, *nostra* vitia non debemus ostendere. Igitur exprimamus *dolorem* tum *nostrum*, tum *aliorum*, ex officio neglecto: reprehendamus *illum* variis argumentis, & meliorem ad *frugem* ut redeat, admoneamus.

10. *Reconciliatoriæ* ubi nostrum vel *alterius* delictum fatebimur, *veniam* petemus, argumentis ductis, à *naturæ* humanæ imbecillitate, & consimili *delicto*, in quod *ipse* possit etiam impingere.

11. *Consiliatoriæ*, ubi *primo*, causa recensendæ, quæ *nos* ad ambiendam amicitiam permoverunt: *deinde* nostrum studium significandum.

In statu Judiciali.

1. *Criminatoriæ*, quando *accusamus*: ubi ab initio oportet indicare & *nostrum* dolorem, & *rei* atrocitatem, cum admiratione—&c. deinde ipsam *rem* demonstrabimus. *Prat. pag.* 41.

2. *Defensoriæ*, ubi vel plane *negamus*, vel factum *aliter* demonstramus.

3. *Expostulatoriæ*, ubi 1. Querimonia *nostra* exprimenda. 2. Querimonia *mitanga* est *laude*, joco, *dissimulatione*. &c. ne lædat amicitiam. 3. *Bene* interpretabimur. 4. Monebimus, ut caute agat.

4. *Exprobatoriæ*, ubi conscientiam, & *nostram*, & amici testabimur; ingratitudinem *illius*, & nostra merita exaggerabimus.

5. *Purgatoriæ*, & *Excusatoriæ*, ubi ostendemus, *nos* non modo *nihil* offensos, sed etiam *delectatos* monitione. 2. Detestabimur *suspicionem* nobis objectam. 3. Rationibus probabimus nostram innocentiam. *Hæc Alsted.* Oratoria, *pag.* 675.

Salutá-

Salutandi, *seu Formulæ* bene precandi.

Salutem cœlitus. Ex animo valere.
Salutem in Christo plurimam.
Salutem ab autore omnis salutis, Domino Iesu.
Salve plus millies.
Salutem à fonte salutis.
Salutem externam, internam, æternam.
Basilicam tibi valetudinem.
Salvebis. χαίρειν σοι καὶ χαίρειν.
Salveto plurimum.
Vale. ἐυ διὰ πάντων.
Salutem & immortalitatem.
Παντὸς δαιμονεῖν.
Ἀταλαιπώρως ἄγειν. ὑγιαίνειν δὲ πρώτιστον.
Ἐν Κυρίῳ χαίρειν.
Εὐδαιμονέστατα διάγειν. Σωτηρίαν ἐκπυνθάνομαι.
Καλ' εὐχὴν χαίρειν. Καλ' εὐχὴν δὲ ἔχειν.
Χαίρειν καὶ χαρὰν, ἐν Χριστῷ χαρα-χαιρέτου δὲ διάγειν.
Παντὸς δαιμόνως
Παμμακαρίως } πράττειν, πράσσειν, ἔχειν.
Ἐρρωσθαι ὑπανόθεν.
Vitam & felicitatem.
Judic. 6. 2. יהוה שלום
Ruth. 2. 4. יהוה עמכם ——
ינרכך יהוה
1 Sam. 25. 6. לחי ואתה שלום ——
2 Sam. 15. 6. וכיחך שלום וכל
אשר לך שלים
Psal. 128. 2. אדי ושוב לך
רב שלום לך
לך שלים ושלות
Job. 10. 12. חיים וחסד
Vitam & benignitatem.

Compellandi.

Amice perdilecte! Animule mi!
Amice medullitus peramande!

Mi { *Chare* / *Suavissime* } { *Amantissime* / *Charissime* / *Dilectissime* } amice!

Mi præcarissime! } Dulce caput!
Suavissime commilit! } Suave corculum!
—Melior animæ meæ pars!

Amicorum optime, & optimorum amicissime! τεῖς ἀγαπητε!

Intime / *Mellitissime* } Deliciæ meæ!

Τερφείλαπτε φίλε! Φιλοφίλαπτε Θωμᾶ! Φίλη καρδία!

Perillustres & generosissimi adolescentuli, heruli, ac Domini mei gratiosissimi?

FORMULÆ
Ad
MATERIAM.

1. *Admirandi.*

O Utinam par ætas esset, sed *sum infans*; utinam hic eloquentiæ *torrens* esset, sed *deficerem*; utinam omnium in ore, meæ *voces* personarent, oratorum omnium in *me spiritus* respirarent eloquentiam! Sed languerem, hærerem, obmutescerem, quod quidem ipsum, jam (ecce!) facio.

Tum,

Tum quod omnem superat stuporem.—

Quod in tantam *me* rapit admirationem, ut in hac re quid dicam nesciam, nisi, *Euripum tandem pristino requiescere cursu, Mutatumque una consistere Poeta forma.* Text.

O dolor! quæ non vidi, quæ non passus sum indigna! & quæ *tælo* teste fiant, & quæ posterorum memoriæ relinquantur! —— At hoc demiror qui tam facile potueris——.

Cujus sane rei dignitatem, nulla vis ingenii ex merito describat——

Etenim qui primo statim colloquio sic labefactaras, sic inflammaras animum meum, quid facturus eras si diutius ac propius fuissem congressus? Quid enim vel adamantinum pectus non flectat tam amabilia ista morum tuorum lenitas, tam mellita facundia, tam exquisita doctrina, tam fida juxta & amica consilia—

—Nam quod nectar, quæ ambrosia excogitari potest, *quæ* Socratica dissimulatione *illa*, & lepore sit jucundior?

—Aic vix dici, *(Audirores!)* vix describi verbis potest, quæ ac quanta—

—Quod ne cogitando quidem, quisquam nostrum hactenus aceessit—

—Proximum miraculo est, quod—

Verbis nullis dici, nulla exprimi oratione potest.

—Quæ vox eloquentiæ sufficiet, quæ lingua describendo *huic* sceleri fuit—

Vid. *Exclamandi.*

2. *Accusandi.*

QUod si tu *hæc* singula, tanquam pusilla contemnas, cogites velim minutas guttulas imbrem parere. —Facis

—Facis te publicum, & communem vulgi fabulam; adfuerunt enim receptæ fidei homines plerique, qui———

—Taceo *adulteria*, furta, mendacia tua, noſti quas turbas inter pocula tua, altera feciſti nocte, homicidii illiç perpetrati *te* reum, uno fere ore, *omnes* prædicant. Miror qua fronte tot probroſas de *te* contumelias perpeti poſſis. Bis ad ſubſellia judicum tractus, extrema ſtetiſti fortuna———

—Quæque in aliorum mores jam diu tela libro, in meam amentiam retorqueantur———

—Cujus tantum in comis artificium, Æthiopico pene gyro cincinnos confundentis, an ſatam ſuperbe dexteram ſubducta veſte retegentis, audaciam ſatis mirari nequeo, cum omnes diſtricte interrogent.

Natus es è ſcopulis, nutritus lacte ferino,
Et dicam ſilices pectus habere tuum.

—Qui maledictis non ſatiatus, proceſſeris ad obtrectationem, odium, rapinam, furta, fraudes, impoſturam, ad ipſam poſtremo cædem quoque.

—*Et tua ſunt ſilicis circum præcordia venæ,*
Et rigidum ferri ſemina pectus habes.

—Et certe ipſe ſtultiſſimus forem, plane dignus, quem multis cachinnis rideat *Democritus*, ſi pergam———

Deum immortalem! cujuſmodi porten a gignit alitque terra! uſque adeo nihil pudere viros?———

—Præter effrontem improbitatem, & *linguam* effrænem, nihil habebat.

—Nec mea *te* monentis verba, pluris quam eminulos lanarum floccos æſtimaſti———

—Multi forinſecus opulenti viſi ſunt, qui ære alieno obruuntur adeo, ut ipſam quoque debeant animam, adeo illis res anguſtas domi eſt & curta ſuppellex.

—Non adeo vitiis tuis offenderemur si pauca essent: tam multæ flagitiorum species vitam tuam contaminant, ut nullus relinqui possit veniæ locus——

——Nam (ut audio) bonam juventutis partem stolide contrivisti, dilapidastique universum patrimonium in alea, fritillis, & sphæristerio——

Vide *Criminandi.*

3. *Asseverandi.*

TEstor *te* omnium cogitationum inspectorem *Deum*, testor *lucem* illam quam hodie traho respirans, & *quam* mihi supremum esse desiderares: testor *vos* etiam sodales mei.

——Certo enim certius est——

Christum mihi parum propitium habeam, nisi——

4. *Commendandi.*

VIr *sapientis* adeo eloquentiæ, & *eloquentis* sapientiæ æstimio honorandus, ut *famæ* celebritate supra omnem invidiam videatur conspicuus.

Sincerius ergo *mihi* tecum agendum est—— atque utinam par esset affectui oratio, vel affectus causæ——ut——

Homo vere ad humanitatem factus—apertæ ingenuitatis——& incoctum generoso pectus honesto——ut *Persius.*

——Vir par paucorum hominum——Quem si *fata* diutius nobis servassent incolumen, ausim vel *invidia* teste, aut *Momo* judice contendere, cæteros *omnes* nostræ tempestatis homines, multis fuisse parasangis præcessurum, multisque præcursurum stadiis.

——Pueros

—Pueros bene ingeniatos, modeſtos, tractabiles, & qui jam nunc plus quam pro ſua ætate ſapiunt—

——Vir, fide ſinceriſſima, moribus pluſquam niveis, nihil magis aureum aut gemmeum eſſe poteſt, totus ad amicitiam & gratiam natus—— Si nondum tibi notus ſit, fac ut hominum cures noſſe propius——

—Ad miraculum uſque latine doctus, nec ineloquens——Is enim eſt (mihi credé) unus omnium quos aſpicit Sol, integerrimus vir & candidiſſimus—judicii ſobrii, moribus commodis, nihil habens neque ſuci, neque ſupercilii, Thraſonis illius diſſimillimus—

——Janus *Douſa* id aſſecutus eſt, ut ubicunque locorum eſſet, non tam Bibliothecam *habuiſſe* videretur, ſed *eſſe*; nec legiſſe multa, ſed nihil ignorare——*Heinſ.* orat. 29. Optimarum literarum ardentiſſimus conſectator, mihi ſic unice deditus, ut Pyladen meum appellare jure poſſim——

——Inter bonos optimus, & inter doctos doctiſſimus——

——Illum enim omnes *nos* non ſolum propter pietatem, juſtitiam, clementiam; munificentiam, atque alios ſuaviſſimos mores veneramur & amamus; ſed etiam propter incredibilē, cum in ſacris, tum in humanis literis ſcientiam admiramur, ſuſpicimus——Autoritate maximus, ſed hoc tamen ſeipſo major, quod ob ſingularem quandam modeſtiam ſolus ipſe magnitudinem ſuam non agnoſcat.

——Si pater eſſet, non poſſet indulgentius; ſi frater, non poſſet amantius.

—Digniſſimus enim eſt, quem unum omnis mea celebret pagina.

——Moribus omnibus, fuci nescîis, nec alio nævo deformatum, nisi quod immodice modestus est.

— Qui præter eruditionis & integritatis dotes, adeo festivus est, ut vel mortuum possit exhilarare ——

Sive aliquid morum, seu vitæ labe carentis
Est pretium; nemo *pluris emendus erit.*
Sive per ingenuas aliquis *caput extulit artes*
Scena manet dotes grandis amice tuas.
——*Sed sunt sua pectora* lacte,
Et non calcata candidiora nive. Ovid.

Quis *Cato* vultu severior? quis *Phocion* oratione gravior? quis *Numa* in omni actione religiosior? *Hujus* enim in aspectu tanta dignitas inest, in *sermone* tanta majestas, in *incessu* atque omni gestu, tanta veneratio, ut ipsam quodammodo *autoritatem* præ se ferte videatur.

Ut decuit docuit, nam re sua verba probavit,
Anteannos, animumque gerens, curamque virilem.

Perdoctus atque *industrius*, qui felicissimum in *studiis* fecit progressum, quē ut *amicum* meum inter cæteros primum, *tibi* commendo ——

Scio non temere scriptum fuisse *Flacco*: *Quem cui commendes etiam atque etiam aspice, ne mox incutiant aliena tibi peccata pudorem*—*at in hoc ego nihil vereor* ——

Usus est semper suavissimis *moribus*, modestissima *vita* concinnus, & bonus omnibus, etiam *adversariis*, nemini molestus aut durus ——

Cyllarus ac Pegasus præ illo limaces sunt—

Hominem quidem multiplicis *doctrinæ* & probatissimæ vitæ; *latine* intelligit, loquitur, *scribit* proprie, scienter & expedite, & omnia cum *judicio* quali ego modo haud quempiam præterea aliquem novi ——

—Is fuit *Cantabrigiæ* discipulus olim meus,

&

& à parvulo inter parietes *Cubiculi* mei ſeptem fere *annos*, literis Græcis Latiniſque inſtitutus——

——Ego cum *illo* jucundiſſime, conjunctiſſimeque vivo, magnamque cum ex ingenio *ejus*, ſingularique ſtudio, tum ex virtute, & probitate voluptatem capio ———

Vid. *Laudandi.*

5. *Conciliandi.*

QUod *ignotas* & minime *noſci* dignus, *te* notione maxime dignum, tum propter laudabiles *corporis* qualitates, tum ſplendentes *animi* virtutes, meis *literis*, inexſpectantem interpellare auſus ſim (*vir optime*!) non tam debes *improbitatem* accuſare meam, quam benevolentiam——

Miramur cum *Magnes* chalybem ad ſe trahat, quis autem tam ferreus eſt quem iſte tot dotium in uno concentus, non ad amorem pelliciat?—— nihil aliud ſpirat quam incredibilem quandam benevolentiam ———

——Si dignaberis illum numero clientulorum tuorum inſcribere, dabo operam ut———

——— Te nondum de facie, neque de ſcripto cognovi, ſed tamen amo pectus illud tuum *muſis*, & *gratiis* omnibus conſecratum, cujus imaginem mihi, quidam nec indocti, nec leves, ſuo calamo delinearunt ———

——Dolere, quod tam diu *illi* ignotus, aut tenuiter notus fuerim, *quem* ita ſum ſemper de *ingenio*, & virtute admiratus.

——Fuit certe olim hoc *mihi* perſuaſiſſimum; ut *tu*, ſi quis mortalium alius———

———Modeſtiſſimus ſenex, cujus cum humanitatem libaſſem, ingenui fortunam ejuſmodi. Quo enim ego juvenem tam humanum, tam benignum, tam amabilem non ſequar, ſequar

(ita me Deus amet) vel ad inferos usque——

——Cum *hoc* ego, vel in extrema Scythia vivere non recusem——

——Si juvenem hunc dignabere proprius cognoscere, & me & illum beaveris.

——Imo si licebit te interpellare, in tanto negotiorum agmine, *quæ tibi* (ut Horatianis dicam verbis) *per caput & circum saliunt latus*——

Qui te pro numine quodam terrestri colit——

Ego de tuo in animo, ita sentio, ut si (quod omen avertant superi) *tua* me *fides* sefellerit, ne ipsi quidem *fidei* fidem deinceps habiturus sum——

——Ingenium, *literæ*, humanitatem, *virtutes*, quas sum in *te* miratus, adduxisse *me* ad scribendum, quantumvis notus non sim; sed *tu* incredibili omnes humanitate complecteris, cupiditate benefaciendi: tum *literæ* tuæ, & prudentia effecerunt, ne tu cuiquam esse possis *ignotus*, aut quemquam putare debes ignotum *tibi*——

Moderatissime vir, mundum ex *amicitia* constare, & sese mutua quadam & *concordi* charitate complecti, prudenter meo quidem judicio, & *Poëta* bonus, & *Philosophus* gravis, *Empedocles* Agrigentinus judicabat. Quam sententiam divinitus ad *nos* delatam, & in nostras mentes infusam, vel rude illud & imperitum hominum *vulgus*, ipso rerum usu & pertractatione tritum, multis retro abhinc seculis veram esse comperiebat. *Ascham. lib. 2.*

——Cujus *unius* judicio, quam mille *cæterorum* calculis, approbari mallem——

Ego primus pulsavi amicitiarum *fores*; si aperueris, *non* crebro habebis hospites.

Adversus { *mortem*, *infortunia*.

PEr *Deum* & salutem *tuam* te rogo ut animum attollas tuum, contra vehementem hunc *fortunæ* ictum. Annon didicisti dudum *fortunæ* lubricitatem, vitrum, bullam, *fumum*, & si quid vanius eam esse?—quin esto tu bono animo—— Non eadem ratio est sentire ac tollere mortos. *Sensus* inest cunctis: tollitur *arte* malum. *Ovid.* lib. 3. de Pont.

Quid vitari nequit, patienter esse ferendum——

——Male igitur profecto agimus, si animum nimio mœrori ob amicorum discessum damus, & veluti eodem funere lætitiam cum amicis tumulamus——

Infirmum certe & debile hospitium animus noster incolit, atque hoc ipsum quod vivimus mors est, *Seneca*.

Spem ejus abjectam *erexit*; desiderium pene extinctum, rursus *inflammavit*; inflictas aliquando *miserias* tanquam *plagas* quasdam *sanavit*.

——Quid *Anaxagoras* auditâ filii morte? *Novi* (inquit) *me genuisse mortalem*. Pericles duobus filiis intra quatriduum spoliatus, iisdem diebus vultu non magis moto quam si fuisset dura silex, aut *Marpesia* cautes concionatus est.

Sed bono sis animo——& quod olim *Sibylla* Troï——id *tibi* dictum puta——

Tu ne cede malis, sed contra audentior ito
Quam tua te fortuna sinet——

——Verum quum apud *me* sagacius paulo consideravi *stultum esse* (ex Senecæ dicto) *id timere, quod vitari nequeat*, lacrymis temperavi; quod ut facias monitum *te* velim. *Mors* enim (ut ait *Tragicus*) est omnibus *æqua*, non *superbificis regum divitiis* magis quam lacero mendicorum panno flectitur: nec frequentius casas & tuguria, quam turres & castra ingreditur, & expugnat; nec magis *Iro* quam *Cræso*, Curio quam *Augusto* se præstitit inimicam. Non *hanc* fucatis declamationibus

Oratores, suavidicis carminibus Poëtæ, promiscuis pharmacis, aut unguentis *Medici* myropolæ, teretibus lanceis *Equites*, pennatis missilibus, strictisve mucronibus *Pedites*, gemmatis coronis *Imperatores*, non denique cuncti mortales rebus ullis *mortem* terrere quibant aut effugere———

—Quin & *urbes* fortissimis munitas propugnaculis, *templa* variis exstructa marmoribus, *aulas* Attalicis decoratas tapetibus, funditus demolitur, evertit, dissipat———

—Et pergas per Deum oro, si non quo cursum institueras, quo tempestas tamen agit transversum: probos naucleros imitemur, & arte cum tempestate pugnemus; & si eum portum quem maxime petimus contingere non licebit, certe in quodvis littus ejiciemur——*Erasm.*

O nimium cœlo & pelago confise sereno! Virg. Æneid. 5. de Palinuro———

—*Passus idem est Tyriis qui quondam pulsus ab oris, Cadmus in Aonia constitit exul humo* ——— Passus idem Tydeus, & idem Pegasæus Jason ———Et quos præterea longa referre mora est. ——— *Ovid.* Fast. 1.

In quovis rerum statu explicat sese genuina illa virtutis vis, nusquam tamen clarior quam quoties noverca *Iuno*, Herculem suum omni genere malorum exercet. Magis illustrarunt Ulyssem tot exhausti labores quā feliciter excisa Troja—

Omnes habent suos transitus pedis, hac parte vulnerabilis, ut Achillis Homericus——suum quondam habebant plausum———

Felicem *illum* cense quod non repentino obitu decesserit, sed dilata ac expurgata longo examine *conscientia*: quanquam nihil (ut conjicio) severa dignum scutica, brevibusque *Gyaris*, & umbratum carcere dignum, perpetraverit—— vid. *Text.* Epist. 44.

Lætare

Lætare *tu* potius quia maturus cœlo propter virtutes mortuus eſt ——

——unumquemque ſua manent fata——

——*quiſque ſuos patimur manes*——ut *Poeta.*

Recordare *tuas* literas, quibus & magnum *animum* mihi ſemper oſtendiſti, & ad omnes *caſus* ferendos perconſtantem——

D. *Baſilius* epiſcopus *Cæſarienſis* dixit præfecto qui illi dira omnia minitabatur, *opes non habeo*, niſi *veſtem* laceram & paucos *libros*——

Noſti certius quam ut moneri debeas, *mortales* omnes, etſi *ſerius*, morituros. *Parcarum* ordo ſtat immobilis, *fatum* ineluctabile, immutabilis *rerum* diſpoſitio, ſurdas eſſe *Mortis* aures, ſaxeum *pectus*, inevitabile *telum* experimur ſinguli. *Nihil* eſt ergo quod *te* diutius animi excrucies, *nihil* quod vehementius indoleas, nihil quod amplius Deos & aſtra voces crudelia——*Textor.* Epiſt. 44. vid. *Cicer.* Ep. fam. lib. 4. Ep. 5. l. 5. Ep. 16.

——*Nec enim fortuna querenda*
Solo tua *eſt*, *ſimiles* aliorum *reſpice caſus*,
Mitius iſta *feres*, *utinamque* exempla *dolentem*
Non mea te poſſent relevare, *ſed & mea poſſunt.*

——Non poſſum *tibi* quin condoleam, quis enim bonus aut ſapiens, ulla aliena *ſibi* credat mala?

——illius *Pœnos ingemuiſſe leones*
Interitum, *monteſque feros*, *ſylvaſque*——
Perfer & obdura, dolor *hic tibi proderit olim.*
Sæpe tulit feſſis ſuccus amarus opem.

——*nunquam ſincera bonorum*
Sors ulli *conceſſa viro*; *quem* vultus *honeſtat*,
Dedecorant mores, *animus quem pulcrior ornat*,
Corpus deſtituit——

— In meliora verſurus eſt Deus quæ nigra ſunt——

——Non jam de anguſtia pulmonis ac ſpirandi

quereris difficultate : non *uxorem* jam cum morte colluctantem, inter meditationes *tuas* audis ; non de *liberorum* patrimonio ac tuo, quod *fortuna* jam superstiti abstulerat sollicitus ac mœstus sedes, non undantem sanguine *Europam*——

Sic tamen ut abjecta spe, hoc *me* unum solaretur, quod ad *meas* miserias nihil jam *homines*, nihil ipsi *Dæmones* possent addere ulterius——

Illle *habet & silices, & durum in pectore ferrum,*
Qui tenero lacrymas lætus in ore videt.
——neque enim de Tygride natus,
Nec rigidos silices soliamve in pectore ferrum,
Aut Adamanta gerit, nec lac bibit ille Leænæ.——
Nec fera tempestas toto tamen errat in anno,
Et tibi, crede mihi, tempora veris erunt.

Invideant tibi, calumnientur præsentem, *extinctus amaberis idem*, ut & alii heroës qui multo clarescunt à funere felicius, quam si vixissent maxime——

7. *Responsoriæ ad Consolationem.*

SChedæ, quas abs *te* missas accepi, nova quadam gaudiorum luce pectus meum serenarunt, ut ex omnibus curarum fluctibus, tuo *solius* consilio, enataverim.

Tua fuit epistola, quæ mirum in modum *me* delectavit, quæ semimortuum fere suscitavit, quæ animum doloribus obseptum extemplo relaxavit.

Nunquam adducar ut credam *Hero* Leandri sui literas, aut majori voluptate aut pluribus osculis accepisse quam *tuas* accepi——

Vix crediderim aut *Scipionem* eversa Carthagine, aut Paulum Æmilium capto *Perseo*, magnificentiorem egisse triumphum, quam *ego* simul ac suavissima tua scripta *tuus* mihi Tabellarius reddidit.

Epistola humanitatis *tuæ* & siliquam omnem,

&

& mel *Atticum*, & ſaccharum omne, nectar, ambroſiamque *Deorum* longe ſuperavit.

——Qui acerbitatis *meæ* virus, utcunque peſtilens, inexhauſta verborum magniloquentia repellebas: facundo tibicini perſimilis, quem ſcire, & modulate adhibitum, *viperarum* morſibus mederi, teſtis eſt *Theophraſtus* ille Gellianus.

——Nimirum eſt *illis* boni, queis nihil eſt uſpiam mali——

8. *Conſulendi.*

FAmæ ne ſis adeo famelicus, ut te tantis laboribus implices——

Ego autem viam *vobis* præmonſtrabo, non anfractuoſam illam *mihimet* olim navigatam, ſed quam nunc è portu cerno, breviorem ———

Nec tu menſarum morſus horreſce futuros, *Fata viam invenient*, aderitque vocatus *Apollo*.

——Iſtos homunculorum tumultus, magno animo deſpice, nixus cœleſti Chriſti præſidio.

Tu vir optime, ne macera te hujus ſeculi tumultibus, fruere conſcientia benefactorum tuorum——

Qui decoxerunt, *re* quidem opitulari non poſſunt, attamen conſilio juvant alios, ne profuſiores ſint quam oportet; & qui diu cum tenaci morbo colluctati ſunt, optime commonſtrant aliis, quomodo vel vitari malum, vel ſanari queat; & qui fregerunt navim, ſolventibus oſtendunt vitanda pericula: itidem ego non ignarus quam——

Præterea ſiqua eſt *Heleno* prudentia vati: ——Siqua fides, animum ſi veris implet *Apollo*.

——Unum illud tibi chare puer, præque omnibus unum, prædicam, & repetens iterumque monebo——

Vides

Vides ut tibi consulam ipse mihi parum consulens——

Lenta remedia & segnes medicos non expetunt aut exspectant tempora tua; cito mori potius quam tarde convalescere debes——

——Cæterum quod *me* consulis, an debeas aulicam sequi vitam, si *me* audis, immorare solitæ tuæ professioni, nec induas tibi aureas illas & fucatas compedes; melior est enim libera paupertas, quam vel opulentissima servitus; *ab aula* igitur ad caulam potius redi——

——Vis quid in ea re utile factu sentiam, *tibi* adaperiam? Socraticæ tibi patientiæ loricam assumas, frontem baccare cingas, inconcusso vultu omnia perpetere, *patere & abstine*, istiusque rabulæ improperia, non pluris quam saturi ventris crepitus facias; elinguem *Seryphi* ranam te præstiteris— in puteo cum *cane* ne pugnes—clamet, obstrepat, crepet, increpet, pertuleris omnia——

—A tetricis te voluptatum tricis liberato——

9. *Conviciandi.*

NEque tamen te pudet (hominum *turpissime!*) ea facere quæ ——

— Quanam scelerum species reperiri queat, qua te non inquinaveris? quis in tota *Gallia* sicarius, quis ganeo, quis adulter, quis parricida, quis nepos, quis *aleo*, qui se tecum familiarissime vixisse non fateatur?

Oris cerberei spumas, & virus Echidnæ effudit——

Tandem olfeci quis ille fuit qui— monachus est, niger est, nihil nisi venter est.

—Quæ tametsi *dictu* pudenda sunt, *feciſſe* tamen *te* non puduit.

—Effigie

——Effigie tenus hominem, ſpurciſſimis autem moribus, porco ſimiliorem, cui jucundius ſit in cœno & ſtercore voluntari, quam *aqua* puriſſima dilui ——

Os impudens, non tibi ſat eſt?

—Res non eſt exigui adeo momenti ut—

—Neque arbitror in tota *Arcadia* eſſe ullum *aſinum* uſque adeo *aſinum*, quin *hic* dignior ſit qui *fœno* paſcatur quam *ille*: prorſus inverſus eſt *Apuleius*, ille ſub *aſinina* ſpecie tegebat hominem; *hic* ſub hominis ſpecie tegit *aſinum*—— *Eraſm.*

— Inter *Arcadiæ* pecuaria & muſcas interque graculos & olores, aliquid tibi fuiſſe commercii quis non juraret? ——

—Impoſtor, nugarum & fuci artifex, fumivendulus & omnibus demum convitiis tantiſper dilacerandus ——

Vide mutuas Invectivas *Politiani lib.* 12. *epiſt. Her. Demoſthenis & Æſchinis., Hieronymi & Ruffini. Cicer. & Saluſt. Pog. & Vallæ. Polit. & Scal.* &c.

10. *Reſponſ. ad Convitiationem.*

QUid cauſæ eſt quod noviſſimis tuis literis tantopere mihi *fuccenſeas*? in *me* tam graviter *exclames*? tam acriter inveharis? tam furioſe ſævias? ſumne *incendiarius*, pirata, ſacrilegus, homicida?

—Mihi ſane nec ungues deerunt nec dentes, nec telum ſi ——

—Itane tu revixiſti, ut me contumelioſa epiſtola occideres? jam nunciatus eras lecto affixus eſſe ——

— Dentata charta res agitur.

— Audes tu treſſis homuncio, contumeliis laceſſere virum? ——

—Sis,

——Sis, si ita lubet, scriptis meis *Aristarchus*, non *Phalaris*——

——Ex stylo stillare debeant nectarei amicitiæ calices, ipse iras promit, & diras vomit in amicum.

——*tu* unumquemque criminaris, allatras, mordes, vellicas, cum hodie *te* sceleratior vivit nemo. Consultius multo & prudentius ageres si tuam ipsius carperes vitam. Nam (ut in *Salustium* scribit *Cicero*) *carere debet omni vitio qui in alterum dicere est paratus*——Fateor neminem esse mortalium qui omnibus horis sapit——*Text.*

——Et non *facientis* verba sunt, sed tumentis, *ut Chrysolog.*

——Stomachum *mihi* aliquantisper movit, ac bilem excitavit, multidica *illa* verborum tuorum licentia, qua *me* ut merulentum, & (quod dicitur) ad ambas usque aures ingurgitantem, severius incessivisti——

——Dum severe adeo, & *Stoico* velut supercilio vitam meam criminaris——*te* alienis erratis ingeris *Aristarchum*, & *aliis* bene vivendum intonas, quum *tu* tamen vivas turpissime——subarroganter satis omnia——

——Ceu vero ad serendum ocymum esses natus, & major quædam maledicendi libertas, tibi quam cæteris mortalium sit concessa——

Quare sic fremis, sic gemis quasi in cineres patris tui aut matris imminxissem?——

Nihil hercle (ut suspicor) *peccavi*, nihil commerui, nihil denique tanto dignum convitio perpetravi——*Text. ep.* 48.

——Rabiosæ loquacitatis, & contagiosæ virulentiæ, clamosus quispiam detractor, ac pestifer *libitina*, *Satyricis* armatus *aculeis*, telaque *vipereo sanguine tincta gerens*, passim locorum *canina* utens facundia, *hunc*, totum quotidie perlegere

Archilo-

Archilochum jurares, *genuino* dente me mordicat, & indelebile ſtigma mihi inurit———

——— Malignum quendam, ac rabioſæ loquacitatis *Zoilum*.

——— Quaſi maris cervicem rupiſſem, vel in patrios minxiſſem cinères——

———Nunquam eram crediturus tantum veneni eſſe in pectoribus humanis.

II. *Corrigendi Epanorthoſeus.*

SEd me cupiditas *tibi* ſatisfaciendi & materia ſequax, ultra metas abripuit.

Sed quid ego hæc autem nequicquam ingrata revolvo?

Sed quorſum hæc? ais, cur me in re ſeria fabellis enecas? Fabulæ ſunt fateor, & vana Poëtarum ludicra: At *ridentem dicere verum, Quid vetat?* ait *Flaccus*———

Sed condonemus & illud eo modo quo propoſitum eſt—in *fortunæ* arbitrio, *vix* ſitum eſſe—

Sed ego jam plane τὸν ἄμμον ἀναμετρῶν aggredior———

——Sed quorſum hæc tam putida tendunt? quorſum hæc tam ſtulte perſequor, tam innumera, ut nec *Chryſippi*, nec *Didymi* voluminibus omnia comprehendi poſſint—verum inepte hæc te doceo *ſus*, cum tibi Minerva ſit domi———

12. *Criminandi.*

ET te non pudet immundũ ex *ore* tuo ſterquiliniũ, in *virum* talem tantumque evomere?

O virum *nequitia* ipſa, & ſcelere omni deteſtabiliorem? quanquam quid *virum* appello? O monſtrum! O portentum? ita nullus *ſceleratior* extitit, aut amentior unquam———

Quam ferus, & vere ferreus ille fuit.

——— Quæ-

Vides ut tibi consulam ipse mihi parum consulens——

Lenta remedia & segnes medicos non expetunt aut exspectant tempora tua; cito mori potius quam tarde convalescere debes——

——Cæterum quod *me* consulis, an debeas aulicam sequi vitam, si *me* audis, immorare solitæ tuæ professioni, nec induas tibi aureas illas & fucatas compedes; melior est enim libera paupertas, quam vel opulentissima servitus; *ab aula* igitur ad caulam potius redi——

——Vis quid in ea re utile factu sentiam, *tibi* adaperiam? Socraticæ tibi patientiæ loricam assumas, frontem baccare cingas, inconcusso vultu omnia perpetere, *patere & abstine*, istiusque rabulæ improperia, non pluris quam saturi ventris crepitus facias; elinguem *Seryphi* ranam te præstiteris—— in puteo cum *cane* ne pugnes——clamet, obstrepat, crepet, increpet, pertuleris omnia——

——A tetricis te voluptatum tricis liberato——

9. *Conviciandi.*

NEque tamen te pudet (hominum *turpissime!*) ea facere quæ——

—— Quænam scelerum species reperiri queat, qua te non inquinaveris? quis in tota *Gallia* sicarius, quis ganeo, quis adulter, quis parricida, quis nepos, quis *aleo*, qui se tecum familiarissime vixisse non fateatur?

Oris cerberei spumas, & virus Echidnæ effudit——

Tandem olfeci quis ille fuit qui—— monachus est, niger est, nihil nisi venter est.

—— Quæ tametsi *dictu* pudenda sunt, *fecisse* tamen *te* non puduit.

——Effigie

——Effigie tenus hominem, ſpurciſſimis autem moribus, porco ſimiliorem, cui jucundius ſit in cœno & ſtercore voluntari, quam *aqua* puriſſima dilui ——

Os impudens, non tibi ſat eſt?

—Res non eſt exigui adeo momenti ut—

—Neque arbitror in tota *Arcadia* eſſe ullum *aſinum* uſque adeo *aſinum*, quin *hic* dignior ſit qui *fœno* paſcatur quam *ille*: prorſus inverſus eſt *Apuleius*, ille ſub *aſinina* ſpecie tegebat hominem; *hic* ſub hominis ſpecie tegit *aſinum*—— *Eraſm.*

— Inter *Arcadiæ* pecuaria & muſcas interque graculos & olores, aliquid tibi fuiſſe commercii quis non juraret? ——

—Impoſtor, nugarum & fuci artifex, fumivendulus & omnibus demum convitiis tantiſper dilacerandus ——

Vide mutuas Invectivas *Politiani lib.* 12. *epiſt. Her. Demoſthenis & Æſchinis, Hieronymi & Ruffini. Cicer. & Saluſt. Pog. & Vallæ. Polit. & Scal.* &c.

10. *Reſponſ. ad Convitiationem.*

QUid cauſæ eſt quod noviſſimis tuis literis tantopere mihi *ſuccenſeas*? in *me* tam graviter *exclames*? tam acriter inveharis? tam furioſe ſævias? ſumne *incendiarius*, pirata, ſacrilegus, homicida?

— Mihi ſane nec ungues deerunt nec dentes, nec telum ſi ——

—Itane tu revixiſti, ut me contumelioſa epiſtola occideres? jam nunciatus eras lecto affixus eſſe ——

— Dentata charta res agitur.

— Audes tu treſſis homuncio; contumeliis lacceſſere virum? ——

— Sis,

——Sis, si ita lubet, scriptis meis *Aristarchus*, non *Phalaris*——

——Ex stylo stillare debeant nectarei amicitiæ calices, ipse iras promit, & diras vomit in amicum.

——*u* unumquemque criminaris, allatras, mordes, vellicas, cum hodie *te* sceleratior vivit nemo. Consultius multo & prudentius ageres si tuam ipsius carperes vitam. Nam (ut in *Salustium* scribit *Cicero*) *carere debet omni vitio qui in alterum dicere est paratus*——Fateor neminem esse mortalium qui omnibus horis sapit——*Text.*

——Et non *facientis* verba sunt, sed tumentis, *ut Chrysolog.*

——Stomachum *mihi* aliquantisper movit, ac bilem excitavit, multidica *illa* verborum tuorum licentia, qua *me* ut merulentum, & (quod dicitur) ad ambas usque aures ingurgitantem, severius incessivisti——

——Dum severe adeo, & *Stoico* velut supercilio vitam meam criminaris——*te* alienis erratis ingeris *Aristarchum*, & *aliis* bene vivendum intonas, quum *tu* tamen vivas turpissime——subarroganter satis omnia——

——Ceu vero ad serendum ocymum esses natus, & major quædam maledicendi libertas, tibi quam cæteris mortalium sit concessa——

Quare sic fremis, sic gemis quasi in cineres patris tui aut matris imminxissem?——

Nihil hercle (ut suspicor) *peccavi*, nihil commerui, nihil denique tanto dignum convitio perpetravi——*Text. ep.* 48.

——Rabiosæ loquacitatis, & contagiosæ virulentiæ, clamosus quispiam detractor, ac pestifer *libitina*, *Satyricis* armatus *aculeis*, telaque *vipereo sanguine tincta gerens*, passim locorum *canina* utens facundia, *hunc*, totum quotidie perlegere

Archilo-

Archilochum jurares, *genuino* dente me mordicat, & indelebile ſtigma mihi inurit———

——— Malignum quendam, ac rabioſæ loquacitatis *Zoilum*.

——— Quaſi matris cervicem rupiſſem, vel in patrios minxiſſem cineres——

———Nunquam eram crediturus tantum veneni eſſe in pectoribus humanis

11. *Corrigendi Epanorthoſeus.*

SEd me cupiditas *tibi* ſatisfaciendi & materia ſequax, ultra metas abripuit.

Sed quid ego hæc autem nequicquam ingrata revolvo?

Sed quorſum hæc? ais, cur me in re ſeria fabellis enecas? Fabulæ ſunt fateor, & vana Poëtarum ludicra: At *ridentem dicere verum, Quid vetat?* ait *Flaccus*———

Sed condonemus & illud eo modo quo propoſitum eſt—in *fortunæ* arbitrio, *viz.* ſitum eſſe—

Sed ego jam plane τὸν ἄμμον ἀναμίσγειν aggredior———

——Sed quorſum hæc tam putida tendunt? quorſum hæc tam ſtulte perſequor, tam innumera, ut nec *Chryſippi*, nec *Didymi* voluminibus omnia comprehendi poſſint—verum inepte hæc te doceo *ſus*, cum tibi Minerva ſit domi———

12. *Criminandi.*

ET te non pudet immundũ ex *ore* tuo ſterquiliniũ, in *virum* talem tantumque evomere?

O virum *nequitia* ipſa, & ſcelere omni deteſtabiliorem? quanquam quid *virum* appello? O monſtrum! O portentum? ita nullus *ſceleratior* extitit, aut amentior unquam———

Quam ferus, & vere ferreus ille fuit.

——— Quæ-

—Quænam unquam ab oculis libido, quodnam à manibus flagitium, aut à toto corpore unquam abfuit? O derelictum ab humanitate hominem!

—Famam quotidie meam, evaginata, quod aiunt, lingua lacerando———

Uter est luxuriosior, Egone an *tu*? tu quid proxima, quid superiore nocte egeris, scio——

—Cæterum scis quid in aurem *tibi* nuper dixerim, laboras quodam *vitio* arcano, & paucis cognito, à quo nisi desuescas, tandem veniet in lucem. *Veritas* enim filia est temporis——— *Te lapsi, & montes, innataque rupibus altis*
Robora, te sævæ progenuere feræ———

Tu bonam ætatis tuæ partem contrivisti ludo, universum fere patrimonium latrunculis, & *alea* prodegisti; nihilominus, tamen *alienis*, vel tantillis delictis, allatras———

—Frendant isti *hic*, & frontem contrahant, qui sentiunt se esse læsos——

Quo lixivio hanc labem eluis? qui reipub. insidias, urbi incendium, amicis cædem & interitum destinasti.

Fidem *mihi* nunquam facturus es, ne juratus quidem——

Agedum conjecturis venemur quæ in ore passim *vulgi* increbuerunt———

Quemadmodum *Dii* poëtarum solent, *peremptibus*, aliqua metamorphosi succurrere, itidem & *tu* mendaciis———

Mitius est lasso digitum supponere mento,
Mergere quam liquidis ora natantis aquis.

Si quis est qui *honestissimus*, & amantissimus haberi & esse velit, is *ego* sum; & si quam plurimos habes amicissimos, qui tuæ dignitati maxime faveant, *ego* in hac parte, *illorum* concedo nemini———

Etsi

Etſi magnam *mihi* putem fieri injuriam, quod tot *epiſtolis* provocatus, nihil reſpondeas, humanius tamen eſſe duxi, *peccare* officio, quam ſilentio *retaliare* injuriam.

Mirari ſatis non poſſum, quid in cauſa fuerit, quod ——

Ego quidvis aliud prius ſuſpicatus eſſem, quam *te* ab officio deſciviſſe, ſed tu ——

——nam quis, *Peccandi finem poſuit ſibi, quando recepit, Ejectum ſemel attrita de fronte ruborem. Quiſnã hominum eſt quem* tu *contentum videris uno* Flagitio? —*Iuven. Sat.* 11.

——Vid. *Accuſandi. Exprobandi. Convitiandi. Culpandi. Vituperandi*——

13. *Culpandi. Reprehendendi.*

CAlſidi *Debitoris* eſt & inverecundi, ſæpe pacta non ſolvere; & patientiſſimum *creditorem* longa & artificioſa cavillatione protelare —— *Chryſolog.*

—Aderit continuo *vir* validus & acer, cujus verba; *allium* & pultem redolebunt. ——

Te in oblivionis, *tui* & *tuorum*, cum *Thalete* foveam incidiſſe ſuſpectum habuiſſem, niſi ex iſtis quas ad me dediſti literis ——

—Credibile non eſt tantis *te* negotiis diſtrictum fuiſſe, ut toto hoc tempore, nullum omnino ſcribendi otium potueris tibi ſuffutari; aut ergo te *noſtri* cepit oblivio, aut negligentiæ culpa non cares ——

Jamque dies alterque dies proceſſit ex quo ne lineam quidem—quo te ſperabimus uſque?

Cur ἠϱιπλοκον ἅμμα, catenam iſtam epiſtolarem abrumpis? alternas calami vices à te reposco ——

Quid *tu* igitur me *Pyladen* tuum? quid *Theſea* appel-

appellasti? quanquam invertere debueras, ac *Oresten* potius, ac *Peribœum* appellare.

Magni referret studiorum ut qui politioribus literis militant junctis umbonibus se condensarent, adversus Phalanges hostium —— non autem inter se adeo inimice digladiari ——

Vid. *Accusandi. Criminandi. Vituperandi.*

14. *Defendendi.*

QUod minaris mihi *Satyras* & mortem, ego has comminationes non facio pluris quam fulgur ex vitro. Si quid in me jam diu parturis, parias quæso ——

Nihil *tibi* nocui —— non læsi ——

Ais isthic multa de me renunciari auditu neutiquam jucunda: ego vero —— innocentiam præstare possum, id quod facio, quid homines de me loquantur non possum —— *Erasm.*

Sic sum, nec possum naturam omnino vincere.
Ut præstem Pyladem, *qui se mihi præstet Orestem,*
Hoc non fit verbis *Marce, ut ameris ama.*

Sin autem *me* relaxandi animi, severiorisque supercilii deponendi gratia voluptates istas secutum causeris, nihil jam plane est quod reluctor——

Sed quæ *Pallas*, imo quæ *Erinnys*, istuc tibi misit in mentem, inquis? verbo *tibi* ut satisfaciam, scias quæso *me* non sine gravi causa ——

——Noli nimiam *illis* in posterum adhibere fidem, aut saltem hoc mihi juris superesse concedas apud te, quod apud Macedonem regem *Philippum* licuit reo, videlicet ut *à te* dormitante, appellem *ad te* vigilantem——Homo es ipse, *cui* imponi potest——

SI tui infortunii fueris autor, æquanimiter feras: æquum eſt enim ut *Faber quas fecit compedes ipſe geſtet*—noſti me ſæpius hæc te monuiſſe —noſti *crebras* amicorum literas, te ab hiſce ineptiis deteruiſſe——

—Moris eſt *mihi* ubicunque locorum vixerim, liberrime apud *omnes* agere——*Te* igitur ut à deterrima ſcelerum colluvie deterream—perpende quæſo—

} Dehort. à *vinolentia*, vide apud Textorem, *Ep.* 40.

——Nec tu amplius cum tanto valetudinis diſpendio, aſſiduus & accubuus chartis impaleſcas——

——*Deſinas igitur aliquando tandem ludere, potare, otiari*, &c.——quid? num *lupinum* arrodes? cum cimicibus ac pediculis aſſidue bellum geres? certe ſi quo cœpiſti pergas pede, ad miſeram tandem *paupertatis* carnificinam deveniés—— Vid. plura inter formulas Concludendi per Parhop. pag. 35. 36, &c.

—Deſine tandem ad iſtum modum publicam tranquillitatem inquietare—

16. *Deliberandi.*

EGo enim *Deus bone!* aurum, ut cujuſquam, aut honores avide reſpiciam, qui quocunque *me* convertam, nihil præter *animorum* monumenta, magnis viris ſupereſſe, *corporis* notas ne extare quidem, cæterorum autem vix memoriam, aut nomen ad poſteritatem pervenire videam?

——Labores, ſtudia, vigilias omnes, non *Feretrio*, ſi diis placet, aut *Statori*; ſed in arce hac *Apollinis*, cum bono *Deo*, Muſis & *Memoriæ* ſacrare ſtatuo——

——Fieri non poteſt quin hilaritate maxima per-

perfundar, quin tranquillitatem meam, *regnis* aliorum, & potentiæ opponam.

—Quin ad *voti* mei portum, ac *columnas* (ut Geographi loquuntur) *Herculis*, pervenerim—

17. *Deprecandi.*

TE igitur *oro*, & obteſtor, *judex optime, ut illas* qua mihi tantum hac in defenſione ſuperſunt, *lacrymas* attendas, oro inquam, ita in ferenda ſententia ſentias, ut non accepta *morte* ſævitiam, ſed *vita* conceſſa miſericordiam poſſum experiri—*non inſultare jacenti.*

Malebat mitis precibus pietatis abundans,

Poſt acies odiis idem qui terminus armis. *Claudian lib. 2. de Theodoſ.*

Tuum eſt, ſi præter ſpem quid evenerit, mihi ignoſcere; parum ſucceſſit quod ago, at facio ſedulo——quod *Davus* Pamphilo, *Terent. And. Act.* 4.

—Quippe minuti,
Semper & infirmi eſt animi, exiguique voluptas Ultio,——*Iuvenal, Sat.* 13.

Logiſmus iſte meus, *Charientiſmus* fuit, non *Sarcaſmus.*

Cæterum inter *nos* animorum conſenſus eſt; neque vero committamus, ut tam veterem tamq; ſinceram amicitiam, una nubecula diſſidii videatur aboleviſſe—

— *Procul, ô procul omnia nobis*
Talia dii *pellant*———

—Sancte enim profiteor, ne nihil ſenſiſſe de te—nihil locutum malevole—Suſcipias me igitur qua ſoles fronte—illiuſmodi peccata inconſultæ ætatis, deflentem ſerio———

Te moveant hæc *ora* fletu confuſa; hi *oculi* lacrymis demerſi; hæ *meæ* languidæ, abruptæ ſingultu *voces.*

—Συγ-

—Συγγνώμην sibi dari efflictim postulat Ἀσσαλμίτων, quæ ne quidem à centoculo Argo devitari facile potuisse, omnes *deos* summos, *imos*, medioxumus obtestor, *Par.* Mell. *Attic.*

vid. *Excusandi.*

18. *Disputandi.*

HÆc *ego* obiter, ad *quæstionem*, ad quam ita subito respondi, ut vix relegendi spacium concederetur —

—Sed litem hanc ad tribunal virorum doctiorum defero.

19. *Dubitandi.*

QUibus autem verbis ambire furentem conabor? *Quæ prima exordia sumam?* quo affatu lenite studebo? *Æneas ad Didon. Æneid.* 4.

Vellem tamen scisciari, utrum ne ———

Scrupulus qui me mordicitus vulnerat nocturnum somnum mihi adimit, severam faciem *mihi* exasperat.

Ut stat & incertus qua sit sibi nescit eundum
Cum videt, ex omni parte viator, *iter:*
Sic ego ———
——— *utque carina,*
Quam ventus, ventoque rapit contrarius æstus
Vim geminam sensit, paretque incerta duobus:
Sic & ego ———
——— *Subhæsito in hac re* ———
Atq; animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc,
In partesque rapit varias, perque omnia versat ——
——*Quo pede nunc utar? dubia est sententia nobis*
Nec quid agam invenio, nec quid nolim-ve velim-ve ———
Dii boni quid *(inquam)* dicet! utri *nostrum*
gravius

gravius excandeſcet? utri durius convitium evomet? utrumque ſane (ut opiner) pari cultro dignum putans *furiis* devovebit.

Miſerum *me*! quid agam? Hoccine etiam hominum perditiſſime, feciſſe debueras priuſquam? ——

—— Quid eſt quod in erroris tui fulcimentum adducas? Quod huic malo remedium invenies?

——Fidem mihi nunquam facturus es, ne juratus quidem.

20. *Exclamandi. Querendi.*

QUis vidit *ver* ſine violis, æſtatem ſine granis, & calore, ſine pomis autumnum hyemem abſque nivibus & pruinis? nonne ſuccedentes ſeriatim menſes in ſuis manent officiis?

Nec facile invenies, multis in millibus unum,
Virtutem, *precium, qui putet eſſe ſui.*

—Multo jam pluris æſtimantur (cur *hoc* relinquis inultum *Iupiter*?) leones & paraſiti, nebulones & aſini—quam viri *vere* pii aut eruditi—

Ipſe decor recti, facti ſi præmia *deſint*
Non movet, & gratis *pœnitet eſſe probum.*

O tempora! ô mores! ut præ ſacra auri fame nihil uſpiam ſacrum eſt! ——

Quis deinceps miretur fuiſſe olim qui *Philoſophos* ſe dicerent, qui aſſerebant *Nivem* ſibi atram videri, *cœlum* conſiſtere, & *terram* motione ſua, eaque perpetua rotari?

—— *Deum* immortalem! ut jam exultat probitas! ut peſſum iêre boni mores! mortuam *Murænam* flevit Hortenſius orator, multos dies atratus; tu *patris* morientis non miſerebere? O perditam ætatem! O mala tempora! quis *hoc* non execretur?

Turpe

Turpe ſequi caſum, & ſortunæ *accedere amicum*
Et niſi ſit ſælix, eſſe negare ſuum.

—— O rerum mira converſio! ——

O ſordidum genus, barbarumque facinus!
O ſeriores homines, quam humanam olim *Androdus* feram invenit!
Illud amicitiæ *ſanctum & venerabile nomen*
Proſtat, & in quæſtu *pro meretrice ſedet.*

Voces hominum, *Stentoreum* quiddam paſſim reboantes, tanto horrore omnia complent, ut *furias* omnes cum *Cerbero* emiſſas, ab inferis jures.

—— Cæterum illud ô *Dii* immortales eloquarne aut ſileam? cur autem ſileam? cum ſit vero verius.

—— His atque id genus mille nugis, horum capita adeo diſtenta differtaque ſunt, ut arbitrer nec *Iovis* cerebrum æque gravidum fuiſſe, cum ille *Palladem* parturiens, *Vulcani* ſecurim imploraret. ——

Heu par *illud ubi eſt, totidem virtutibus æquum,*
Et concors pietas *nec dubitatus* amor?
Unus erat Pylades, *unus qui mallet* Oreſtes
Ipſe mori, lis una fuit per ſecula mortis,

——Scripſi ſemel atque iterum—ad—ſed, quod dolens refero—nihil *impetravi* ——

21. *Excuſandi.*

ET ad quid non *importuna* flagitatio, *opportuna* occaſio impellat etiam *invitiſſimum*?

Hoc commune malum eſt, ſemel inſanivimus omnes.

—Tam id peccatum primum, magnum: magnum, at humanum tamen, fecere alii item boni *Terent.* Adelph——

Non eſt quod *Exſpectes eadem à ſummo minimoque Poeta*; ut *Venuſinus* olim—Vin'adoleſcentulos rerum

rerum imperitos, perinde ac graviſſimos *Catones*, frontis rugoſæ viros, ſe gerere?

—*Sed non is vultus in illo,*
Non ea nobilitas animo eſt, ea gratia formæ,
Ut timeam fraudem, meritique oblivia noſtri—
Met. *lib.* 7. *Fab.* 1.

Omnes quibus res ſunt minus ſecundæ, magis ſunt, neſcio quomodo, ſuſpicioſi, ad contumeliam omnia accipiunt magis, propter ſuam impotentiam, ſe ſemper credunt negligi--*Ter.* Adelph.

—Mihi, perpetuis laboribus enecto, verius quam fatigato, non vacat toties ſcribere, exiguiſve rebus adeſſe—

Epiſtolæ noſtræ brevitatem ſimul & ruſticitatem, excuſabunt occupationes—

—& tamen pertinax meũ incuſas ſilentium, mecumque delitigas quaſi parum tui memorẽm—

—Ego ſane inficias neutiquam iero *me*—cum non ignores neminem tantæ eſſe probitatis hominem (fuerit licet *Diis* ipſis proximus) cujus vita aliquantillis vitiorum tenebris non obnubiletur. *Æneam* ſua commendat pietas, dedecorat proditio; *Alexandrum* bellica virtus extollit, deprimit ebrietas—

—Non æſtis ætatum adeo imprudentes, ut non cognoſcatis facile, cum *Marco* Fabio, ſuam eſſe ſtudiis infantiam: ſortiſſimus quique edidit aliquando vagitum: vultis exigere ab *adoleſcentulo*, quod parentem eloquentiæ *Ciceronem* deceat? vultis ſarcinam dare infantulo, cui, *Demoſthenes* ſuccumbat?———

——— Scribit *Fabius* eos fractum iri potius quã poſſe corrigi, qui in pejus obdurueraut. *Tortellius* tamen ille, ille (inquam) homicida *Tortellius*, in quo futuram probitatem deſperabant omnes, ad bonam frugem ſe recepit, & vitam commutavit in melius——Quidni igitur &?

———Incredi-

——Incredibile videndi *tui* deſiderium jampridem *me* tenuit, adeo ut nulla *nox* prætereat, quin imago tua, oculis meis obverſetur & oberret; & ſi liceret citra ullum diſcrimen ad *te* commigrare, commigrarem protinus: viamque ipſam (quod aiunt) raptim devorarem ——

Sed multa ſunt quæ ab hoc animi mei deſiderio *me* remorantur & avocant—— Nam præterquam quod ægre hodie & difficulter——

——*Sed qui, quam potuit, dat maxima, gratus abunde eſt*——

——Nam (ut quod res eſt libere fateamur) multa me impedierunt——

Vid. *Purgandi, Defendendi.*

22. *Excuſandi longitudinem, & prolixitatem*, &c.

VEreor (*mi amice!*) ne prolixo meo ſermone moleſtus ſim tibi, ſed quia nihil magis cupio, quam longiſſimas literas tuas, longas & *ipſe* ſcribo, ſcripturus etiam longiores, ſi otium *mihi* ſuppeditaret.

——Expectes denuo non epiſtolam modo, ſed ingentem literarum ſarcinam, quæ vel Ægyptium, ἀχθοφόρον degravet.

Purgabis me A.B. quod tam incompoſite ſcripſerim.

Sed ne epiſtolæ modum excedam, quæ non debet ſiniſtram manum legentis implere, in alium diem hanc litem cum Dialecticis differam —*Senec.* epiſt. 45.

Iam ſatis invalidos calamo laſſavimus artus,
Et manus officium longius ægra negat.

——Sed hæc ſatis multa, vel plura potius quam neceſſe fuit, facit autem; non loquacitas me ſed *benevolentia*, longiores epiſtolas——

Scribere plura libet, sed vox mihi fessa loquendo?
Dictandi vires siccaque lingua negat———

——Vehementi desiderio, primam quamlibet occasionem, amplexurum me vides, & *Nuntium* tuum avidissimis ulnis excipientem———

Dilatus ac procrastinatus tabellarii quotidie iturientis discessus, effecit ut, & meas literas, & aliorum, serius multo quam aut ego volebam, aut tu debebas, acciperes———

——At ista, *ego* amore magis impulsus, scribenda ad *te* putavi, quam quod arbitrarer *te* monitis, & præceptis meis indigere. Sed me, cupiditas tibi satisfaciendi, & materia sequax ultra metas abripuit; cæteroquin———

——Cujus prolixitatem fortassis excusarem, nisi id agendo fierem prolixior———

——Vides ut me totum in sinum tuum effuderim———

Sed reprimo me, ne me Crispini scrinia lippi compilasse putes——ut ait Horatius———

23. *Excusandi brevitatem.*

INdulgeas *mihi* velim *Laconicam* hanc *brevitatem*, hoc præsertim tempore: nunquam (mihi crede) in vita *mea* (quantum memini) minus otiosus, quam nunc, sum——en tibi ad binas tuas literas simplex responsio, idq; tumultuaria opera——

——Parce rudi calamo, tabellarius iste humeros mihi pressit———

——Quod spatiosiori margine, lineis non ita perturbatioribus aut condensatis scripserim, in causa est———

——Inextricabili fere negotiorum labyrintho implicor, ut jam non vacat———

Ignosce obsecro, non possum jam plura scribere. Interpellat jam me importunus quidam.——

Vix

Vix licet per otium, in *mense* semel tantum feriari, tot meæ cervici incumbunt negotia, ut ultro, citroque curis agitor; sed si aliquando possum aliquid suffurari otii, moris est mihi——

——Felix otii nunc non sum——hoc quicquid est industriolæ, æqui bonique consulito——

Importuna redeuntis ad *te* nuntii festinatio, plura scribere non permittit——

Quod etsi exquisitius repoſceret judicium, coactus sum hac *Epistola* raptim & tumultuarie scripta, tibi paucis aperire, quid superea re *mihi* sit animi, idque facere propter desperatam abituri nuntii celeritatem, qui antelucano sequentis diei quo venerat tempore, *sibi* propere redeundum esse testabatur.

Non debes *tumultuarium* mirari characterem, scripsi enim festinus.

Parcius quidem scribo, at non parcius amo——

Quibus ego diris, hujus tabellarii caput devoverim, cujus vel indiligentia vel perfidia, factum arbitror ut——

De tabellione isthoc incertus, distuli hactenus——tumultuatissime hæc ad multam noctem——

Hunc Laconismum, me docent immensi studiorum labores——

Dicas hanc esse prolixam epistolam, si scias quibus obruar laboribus.

Non possum quidem plura, & hæc raptim quoque, festinat ita tabellarius——

——Quod solito brevius ad *te* scribo, dabis veniam, nam quum has à me literas nuntius postularet, non erat mihi otium ad mungendas nares——

——Ego Dapsilis semper effundo, & sic hau-

rio ex fæce, ut vix suppetat jam in tanta penuria, quod digne scriberem ——

—Illi qui beata in *terris* nacti sunt otia, possunt ——

Tempus enim cum humana omnia ab eo aliquid invicem rapere debemus ——

Plura otiosus, *hæc* cum essẽ in Senatu, exaravi.

Hæc omnia quam raptissime raptius. ——

Hæc scripsi *festinans*, properante ad vos tabellario—inter alia avocamenta—

Sed ego qui sum pauperimi ingenii mei conscius, *Laconicæ* malo studere *brevitati*, quam multijugis paginis infantiæ meæ maciem publicare. *Symmach.* Auson.

Cum nec *singulis* inservire possit, per universa *distractus*, nec *universis* sufficere in singulis *occupatus*—Min. *Fel.*

Hæc exaravi, multis distractus *negotiis*, animoque *curis* valde impedito.

Hæc ego ad *te* occupatissimus scripsi; fusiora cum offertur alius opportunus tabellarius.—

—Negotiorum multitudine pressus fere & oppressus fui, quo minus ——

—Ne me accusare de epistolarum negligentia possis, scribo jam pauciſſima hæc ——

24. *Excusandi silentium, seu intermissum* scribendi *officium, seu* visendi, *&c.*

UTinam esset mihi otium ab his occupationibus, quæ *me* nulla non hora interturbant, & fere obruunt; facerem ut intelligeres, quantum *tuo* nomini debeam.

Dumque ego hæc omnia tumultuor, elabitur tabellarius ——

—Si essem liber laborum, qui *me* nunc circunstant & opprimunt, ad te quam citiſſime convolarem

volarem, via ipsa (ut cum *Sidonio* loquar) devorata, idque sum facturus quam possum brevi—

—Neque excandescas adeo, quod literis tuis cunctantius paulo respondérim—

—Veritus sum ne ineptias meas non tam legendas tibi, quam ridendas exponerem—

Aliqua etiam ex parte animum ad scribendum satis propensum, & literarum *alas* retardavit, desiderium rescribendi aliquid de—

Cum & præteriti nostri *officii*, & singularis cujusdam *negligentiæ* crimine manifesto teneri non immerito videar, cum nullas ad te (*vir Rev.*) literas jamdiu dederim; quamvis omnem prætermissi muneris accusationem justa & idonea quadam purgatione redimere potuerim: magis tamen *ingenui*, magisque prudentis *ego* esse existimavi, errati *veniam* agnoscendo impetrare, quam liberationem, culpam occultando, vindicare—

Distuli tuis respondere literis, quod existimaram fore ut præsens præsentem amplecterer

Unum à *te* peto (*vir!*) ut me nullo oblivionis crimine, aut ulla mei in te officii ratione, sed justissimis de causis, quo minus ad te hoc tempore scribam, prohiberi putes—jam enim charta ipsa ne nos prodat pertimesco—

—*Novi* quod scriberem nihil erat, me *tui* esse amantissimum, vetus est—

Quæro compendium, dispendium invenio; quin apage—

Tecum adest absente corpore animus,

—Intelligas faxo sic te à nobis amari, ut antehac friguisse videamur—

Quod tanto temporis intervallo, nihil ad te dederim literarum, nec veteris meæ erga *vos* observantiæ benevolentiæque memoriam revocarem, non mea negligentia, neque adeo oblivio-

ne mutui noſtri *amoris* id factum, ſed potius——

——Nec ſum uſque adeo oris duri ut à ——

Tametſi ergo *me* pudet, poſt diuturnam ceſſationem, nunc ad *te* ſcribere, tamen non dubito, quin pro tua in amore conſtantia, meæ, ſiqua fuit, negligentiæ, benignus interpres ſis futurus, præſertim cum.

——Hoc longum ſcribendi intervallum, non voluntate *mea*, non oblivione tui, *non* neglectione officii, nec ſane ulla defecit mihi, vel ſcribendi materies, nec mittendi facultas, ſed——

25. *Expoſtulandi.*

CUr ſic *Te* mutatum video? Cur adeo, *me* viſo, caperas ſtatim frontem? Cur ita ſtomachâris?——

Vid. Brand. lib. 2. 20.

Num ex eorum haberi velis numero qui *Odyſſeas*, & *Iliadas*, aut majus aliquid promittant ſe parituros, demum vero ubi diu ſatis, & ultra *elephantos* uterum tulerunt, *verba* imittunt pro *farina*, murem oſtendunt pro *bove*; cujuſmodi fuiſſe feruntur *Calliphanes* poeta, & *Timæus* Siculus? *Text.* præfat. epithet.

——Dic——dic inquam, per nomen æterni Dei, quid à te ſumpſerim, in quo læſerim——

Quando enim quæſo rerum tuarum negligens viſus ſum? quando tardus aut fugiens laboris, ejus præſertim, quem *tibi* uſui fore crediderim? nonne à *puero* parvulum eduxi? nonne pecuniarum aliarumque rerum *tibi* utilium affatim ſemper miniſtravi? nonne ſub præceptoribus, *Latinas* literas haud incurioſe *doctis*, erudiendum curavi *Text. epiſt.* 49.

Nam quid tibi mali, aut quid non boni fecerã? Quo meo tandem merito?——

——Quo

——Quo tandem *iſte* modo non cuivis fidem faceret, ſe recta docere, recta prædicare, recta ſentire? ——

Quouſque tandem abutere patientia—*&c.*

Agedum, *mihi* reſponde quid hic——

Cur neſcire pudens prave, quam diſcere, malis?

Quid eſt quod in me adeo ſubſtomacharis? quid eſt quod in famam & nomen ita debaccharis meum?

26. *Exprobrandi.*

SIccine vero? ita negotiaris *tu*, ut ne unica nos ſalutare poſſis lineola? adeone ſevera premeris *tu* ferula, ut ne ocium huic rei tantillulum, ſpatiumve aliquantillum defalcares?

Scripturus eras ſcilicet, ſed non licuit, nec per negotia, quibus nullis diſtringeris; nec per otium quoque, quo abundas!

At ô vulpeculam hominis! ſiccine ſoles amicos tuos fallere?

Clauda tibi mens eſt ut pes, natura notaſque exterior certas interioris habet. ——

Deſpectus tibi ſum, *nec quis ſim quæris.* ——

——Facis quod *canes* ſolent, qui ſocium in culina nullum amant. *Dum canis os rodit*, ſocium, quem diligit, odit.

—Sed nullis *ille* movetur fletibus, aut voces ullas tractabilis audit.——*Æneid.* 4.

Sed alio ſpectare remiges, alio provehi cymbam video——

—Ingratumque Jovem nequeat cum dicere ſentit—— *Ovid.* de Io. Met. 1.

Quod epiſtola *tua* rarentior ad manus pervenit meas, id *ego* non poſſum non ægre ferre.

Hæccine eſt illa *tui* exſpectatio? ſic amicorum opinioni reſpondes? ——

O male collocatam benignitatem!

——Hoc enim ſcio, *me* meis in *te* beneficiis meruiſſe, ut fortunas tuas, ipſamque adeo vitam pro *me* exponeres.

Quid? pollicebaris montes & maria, dicebaſque *me* tibi eſſe chariorem tuis oculis? Hæccine eſt illa *benevolentia*? Siccine ſoles amicis ſubvenire tuis? ——

Nonne *hæc* ſatis erant bonam indolem æternum devinxiſſe? quamnam vero *te* viperam vocarem *ego*? quodnam *monſtrum* aut tartareum *ænem*; qui virulentam *invidiæ*, calumniæque ſaniem, evomere in *me*, vitam de te meliora meritum, non erubeſcis?

Magni (ut video) verba *mea* æſtimaſti, magni conſilia feciſti, hominum ſtultiſſime! qui quod *tibi* pernicioſum ſemper fore prædicavi, excæcatus *ſtultitiæ* tenebris perpetraveris.

Quid? quo tempore diſceſſiſti à nobis jurabas *te* ſcripturum unoquoque menſe; vide quo modo conſtiteris *tibi*. Næ tu es egregie——

——O ingratæ mentis juvenem! ô perditiſſimum adoleſcentem! nihil ſane jam conqueror quod *mei* dememineris, quem *parentis* cepit oblivio.

Jam quoniam in nequitia tua ita occalluiſti, ut lapideam magis quam humanam videaris effigiē indutus, pluribus *te* verbis hortari deſiſtam.

Vive ut lubet, egeriſque ut volueris —— profundas, perdas, pereas, nihil attinet ad me——

Text. Epiſt. 38.

Τόπου ὁ τρόπου μέλι᾽ ἦν αξαι——

——*ubi ſunt ingentia magna*
Verba viri? ——
Heu! ubi nunc faſtus, altaque verba jacent?
Quolibet es folio, quavis incertior aura——

vid. *Cicer.* Ep. *Famil.* lib. 5. ep. 5.

Eſt

Est aliqua, ingrato, *meritum exprobrare voluptas.*
Hæc fruar, hæc de te, gaudia sola feram.

Mihi quidem liquidissimum est, te *dietim* in deterius degenerare, & cum aliquo usque progressus esses, tamen—

27. *Gaudendi. Lætandi.*

LÆtor apprime, *mi chare*, vera *hæc* esse quæ narras, atque id sedulo triumpho—

—Quo peramœno spectaculo, fallor si aliud in terris unquam videris jucundius——— O quam gaudeo quod!——

At pater Æneas audito nomine Turni
Deserit & muros, & summas deserit arces
Præcipitatque moras omnes, opera omnia rumpit,
Lætitia exultans—Æneid. 12.

vid. *Gratuland.*——

28. *Gratias agendi, & debendi.*

MUlta mihi de singulari tua in doctos bonitate prædicaverant multi, sed nunc omnem famam infra verum fuisse comperio, qui mihi videris huic potissimum rei natus, ut de omnibus bene merearis—*Erasm.*

Quæ præter meritum obtingunt, hoc plus solent habere precii, & quæ præter expectationem obveniunt solent esse gratiora: quot igitur nominibus mihi putas gratum fuisse munus tuum adeo non expectatum, ut si de cœlo delapsu fuisset, non potuisset magis inexpectatum accidere——

Nam quod ultro mittitur, quod immerenti, quod nec per somnium expectanti——

——Amplector istum animum tuum, & agnosco quod debeam——

—Animum tam excelsum, tamque amice amicum pluris facio quam.

—Ceu pro votiva fabula, gratias si non quantas debeam, (utinam enim id possem) at quantas queam maxime persolvam.——

Conatu potius & *voto*, quæ mea est gloria, quam ipso *facto*, quæ mea est tenuitas——

Quod veritus sim antea (*vir moderatissime*) si ego adolescens neque *bonis* artibus excultus, neque in *recta* dicendi ratione satis exercitatus, ad *te* provecta ætate *virum*, atque omni doctrinæ genere instructissimum, Rom. eloquentiæ hac nostra ætate cum paucis facile *principem*, literas darem, ne meum istud factum cum temeritate conjunctum videretur, id totum penitus sublatum est; meumque hunc sive *pudorem*, sive *metum*, vicit beneficii erga me *tui* magnitudo: nam *juveni* quidem plusculum etiam *audere* quam parsit ab omnibus fere concedi solet; non habere quibus debeas *gratias* omni ætate sane turpissimum. Itaque vetus illa dubitatio in præsentia nihil me movet, neque cum venit in mentem, vereri reprehensionem quod *scribam*, sed quod *serius* id faciam. Sed, *&c.*

—Eosque imitabor *mendicos*, qui, quum acceptæ stipis mutuum referre nequeant, benevola *verborum* actione rependunt——

Accipe igitur (*vir maxime*) à cliente *tuo* quod jam tuum est; accipe quod voluisti, lege si sit tanti, quod jam audivisti: & quandoquidem muneribus, hospitio, *officiis*, comitate omni & benevolentia, *me* sic obstrictum *tibi* tenes, ut in nexu adhuc maneam, patere ut *creditorem* tam benignum te habeam, quam *patronum* hactenus expertus sum——

—Ut jam nec beneficii *vos* in me collati pœnitere

nitere poſſit, quod *id* in alios multos transfundam, nec id ipſum male collocatum videri, quod agnoſcam, cum nullis debeam libentius, ut nec amo quemquam effuſius—Nulla dies unquam memori vos eximet ævo——

—Votivum animi mei ſpecimen vobis inſcribo——

—Ferreus tamen ſim, utcunque contigerit, & lapideus, ſi unquam tantæ *tuæ* humanitatis fuero oblitus——

Nutriviſti *me* à puero, feciſti ex ſervo ut eſſem libertus, & quod habuiſti ſummum pretium perſolviſti mihi——Næ, inhumanus eſſem & plane——

—Orandum eſt *mihi* illud, ut quia in tanto credito ſum minus per *me* idoneus debitor, per *Deum* vobis idoneus ſolutor exiſtam——— *Chryſolog. ſerm.* 5.

—Et revera *filium* ſe neſcit, viſceribus caret, naturam negat, ingratus eſt *patri*, qui autorem *vitæ* ſuæ non obſequiis placat, non devincit cultu, muneribus non honorat—*Chryſ.*

—Ideoque ſoli, quos feciſtis tales, ſentiunt quid vobis debeant——

Quod quidem veſtrum in *me* beneficium ſi—

—Memini ſemperque meminero——

Incredibilis iſta bonitas tua, vincit non ſolum merita noſtra, verum etiam vota——

Utinam & referre poſſem æque ac agere grates, referret autem *is* qui pietatis officia, multo cum fœnore ſolet remetiri, *Deus*.

Quare incumbo (*vir conſummatiſsime!*) & hanc operam *tibi* navabo, ut *tui* nomen, immortalitate digniſſimum, extingui mortali cum corpore non ſinam. Quod quidem enixus ſum verbis meis laudem tuam reſonantibus. Et *tui*, mihi amantiſſimi, & quidem officioſiſſimi memoriam

(ſi

(si modo is ego sum qui tantum præstare possum) profecto ab interitu vindicabo ———

Nihil præter aqueum illud Sinetæ munus regi *Artaxerxi* occurrit usquam ———

Polliceor me buccinatorem fore existimationis tuæ ———

Quantum debeo tibi (mi *amicissime*, mi *optatissime!*) pro *illis* literis, quas in meam gratiam scripsisti, non præsentes *literæ* declarare, non *fortunæ* meæ compensare poterunt; efficiam tamen (*Deo volente*) ut *posteritas* intelligat, *Te* amicum fuisse mihi valde beneficum; & non immemorem me extitisse.

Pro quibus, optandi si nobis copia fiat,
Tam bene pro merito commoda mille precor.

His *ego* meritis vestris erga *me* amplissimis, non officio sed *voto*, non opere sed voluntate & *animo* respondere cogor, quia longe longissime, infra *meritum* illius humanitatis vestræ, subsidet *studium* putillæ facultatis meæ ——— *Lun. in Terul.*

Immerentissimus prorsus & indignus cui hoc dignationis & honoris habeatur ———

Id quoties reputo quo pudore me putas suffundi?

———Certe ego, *studiosorum* more, pro auro & argenteo rependo animum gratum, ac charas, felicesne an miseras aliorum esto judicium; feci quod potui, non quod volui.

Quod si digna tua minus est mea pagina laude
At voluisse sat est, animum, non carmina *facto.*

Ego quidem sæpe multumque cum animo cogitavi, ecqua tandem ratione possem munificentiam vestram rependere, qui *me* à suavibus *Academiæ* ulnis & mamillis avulsum, in vestro sinu amice excepistis ———

—Pro tantis vestris erga *me* meritis, certum deliberatumque est aut *exsolvere*, & præstare *debitum*,

tum, aut (quod ingenui est hominis) tanquam *æs* alienum à *me* contractum, apud *acta* publice profiteri. ——

Hei mihi non magnas quod habent mea carmina vires,
Nostraque sunt meritis ora minora tuis.

—Nec *amicum* amplius meum, sed *numen*, sed genium ac tutelarem *Deum* appello; etenim, si non inscite scripsit quidam, hoc demum esse *Deum*, juvare mortales—cur non?——

Qua testatum faciam, *me* grata saltem recordatione, *hæc* omnia complecti, quando parem pro tantis meritis reddendo gratiam, solvendo satis esse nunquam possim.

—*Unica fortunis ara reperta meis.*

Gratum nullo non *loco*, nullo non *tempore* memorem gratiæ referendæ, studiosissimumque *tui* experieris, senties ——

—Pro *literis* ad me transmissis, gratiam habeo maximam, si quod ego autem *officium* vicissim præstare queam, impera, id tuo jure facies—

Pro quibus ut meritis referatur gratia, juro
Me fore mancipium tempus in omne tuum.

Ut igitur pro affectu illo erga me tam benevolo, quem aliis etiam beneficiis declarasti, gratum animum testor, offero nunc quo nihil habeo majus, memetipsum, ac mecum animi nostri fœtum —— *Voss.*

Sed vestra præcessere beneficia quæ gratuita erant, nostrum sequitur officium quod debetur, & quo magis deberur, eo minus potuit displicere--

Musæo *istius* pepli rapere ingratitudinem meam prudenter exsinuo, quod olim *Philomela* apud *Ovidium*

Purpureasque notas filiis intexuit albis.

—Ut clam erubescam accipere quod palam mendicare non erubui.

Ve-

Verum amicitiæ veræ atque ſinceræ coagulum, eſt mutua officiorum reciprocatio——

O mihi tam longæ maneat pars ultima vitæ
Spiritus & quantum ſat erit tua dicere facta!

——Animumque erga *me* tam propenſum declaraſti, ut plane ad primum literarum tuarum conſpectum obſtupuerim, atque non parum admiratus fuerim, tantam celſitudinis tuæ dignationem——

—Pro ſummis *excellentiæ* tuæ, in *me* jam ſæpe collocatis beneficiis, & *gratias* quas habeo maximas, in præſentia libenti animo *ago*, & omnia *meæ* deinceps in poſterum officia, paratiſſima voluntate, amplitudini tuæ offero, & addico——

Nec quæ de parva pauper, *diis libat acerra*
Thura, minus grandi, quam data, lance valent.

—Cui vitam, cui liberum hunc aerem, hunc ſpiritum, hanc vocem, quæ ſervire aut adulari, neque novit, neque cogitur, debeo.

—Quem non tam *patronum* quam *patrem* agniturus ſemper ſum——

Cujus honorificam in nos omnes beneficentiam neſcio, an commemoremus potius, vel admiremur magis.

——Cum ab ingratitudine non ſecus abhorream, atque *Achilles* ille *Homericus* à mendacio, mecumque perpenderem quam eſſet immenſum, quod tuæ deberem benignitati, ut meritum omne, omne quoque officium exſuperet meum; optimum judicavi ut tibi literaria ſtrenula, aut floſculo quopiam è muſarum hortulis decerpto, animum memorem atque amantem utcunque teſtaret——

—Utinam in officii recordationem ſacratiſſimam, è penu meo literario proferre poſſem, quod vel *tuis* gratum eſſet oculis, vel animo & deſiderio reſponderet *meo*.

—*Cum*

—*Cumque labent alii, jactataque vela relinquunt,*
Tu laceræ remanes anchora ſola rati.

—Cœpi ſubinde anxia mente revolvere, quonam pacto aliquando gratum erga te animum oſtenderem. At tanta ſunt tua in me merita, ut etiam nullam eorum partem, referenda gratia conſequi queam: Solatur tamen me *Plinianum* illud, *ruſticos etiã lacte diis ſupplicare, & gentes multas quæ thura non habent, mola ſalſa litare*, nec ulli fuit vitio datum Deos colere quoquo modo poſſit.

—Quod referre gratias, ita ut volebam non poſſum, *fortunæ* debes imputare——.

A *me* nihil unquam in *te*, ne mediocre quidem profectum eſt, ut *mihi* tantum beneficium cumulare videaris; quid autem ſperes in poſterum plane non video. Is ſum qui amicorum potius auxilium deſiderem, quam ipſe *alios* opitulari poſſim——.

Quid referam vel iſto *munere* dignum, vel potius iſto tuo *animo*, qui mihi munere ipſo longe eſt ſuavior? nihil habeo niſi meipſum, *quem* ſi alicujus eſſe precii putas, totum *peculio* tuo adſcribito. Crede *mihi* nihil habes in omni genere tuarum poſſeſſionum, quo *tu* tam proprie poſſis & *uti*, & *abuti*, ſi ita lubeat quam.

Nunquam igitur gratiarum labiis te ſalutabo? nunquamne——.

Egone in *eum* ingratus eſſem, qui & nullo *meo* merito, *me* laudaſſet, & inopiæ, meæ ſubvenire vellet?

—*non ſi tellurem effundat in undas Diluvio miſcens, cœlumve in tartara ſolvat Iupiter*—Æne. 12.

Quid tibi quid *inquam* pollicear? num *meipſum* quantus ſum dedam? at exiguum eſt iis *me* dedere, qui niſi fuiſſent, *ipſe* non eſſem; tibi proinde & quod poſſum, debeo & quod non poſſum, *Hieron.*

Char-

——Chartaceo hoc *donulo*, quod quæſo clementer ac perbenigne à veſtro *clienulo* ſuſcipite, & legite.

——*Patri* præſertim cui fortunas tuas omnes ipſamque adeo vitam debes cum anima

——*nec unquam*
Eſſe ſatis poteris, præſtes licet omnia gratus——

Ut meminiſſe magis poteram officii mei, quam præſtare retributionem ——

Officiola qualiacunque.

Vel minimiſſimam an oris ſtricturam——*pro meritis grates perſolvere dignas Non opis eſt noſtræ (domine & Mæcenas mi!) Non tamen officium ceſſabit, inerſque voluntas* proferet haud ullum, grati animi, noſtrive in *te* teſtamen amoris ——

Quale quale tandem eſt, tibi totum id ——

Supereſt ut illam ipſam *gratiarum* actionem; quæ *me* ad ſcribendum impulit, in *Epiſtolam* concludam: Sed ſtultiſſimum fuerit velle *me*, juvenem infantiſſimum, tibi *verbis* ſatisfacere, cum tu homo eloquentiſſimus, *reipſa* rationibus meis conſulere conatus ſis. *Aſcham.*

Tu tamen quaſi hoc unum in vita, ut me tueris *tibi* propoſitum eſt, quem ſemel benevolentia complexus es, omni beneficiorum genere cumulare nunquam deſiſtis ——

Quantum tibi debeam, depingere ſtupet calamus, exprimere lingua, leves tantum *qua data porta ruunt*; & ſoquuntur *gratiæ.*

29. *Reſp. ad* Gratiarum *actionem.*

QUanquam *gratiarum* actionem à *te* non deſiderabam, cum te *reipſa* atque animo ſcirem eſſe gratiſſimum, tamen fuit *ea* mihi (fatendum eſt enim) perjucunda ——

Quas ad *me* literas miſiſti, multo ſunt adeo refertæ officio, tam multis——

Iſti

Isti tuo tam benevolo pectori me profiteor astrictissimum esse, id quod hoc epistolio veluti syngrapha legitima, singulis & universis contestatum esse volo——

Laudibus istiusmodi non delector, quas tu prodige verius quam liberaliter in me effundis—— in posterum quæso aliud exercendo stylo quæras argumentum——

Gratias quas mihi habes immerito maximas, tibi meritissime rependo maximis majores——

30. Gratulandi.

QUo in *adventu* ejus, non possum exprimere sermonibus, quanto, quamque impatienti gaudio *exultaverim*, cum augeret maxime lætitiam meam amicissimi *hominis* inopinata præsentia. *Min. Felix.*

Noctes omnes insomnes & illunes; dies vero nebulosos agimus hem diu, absente te, te scilicet——

Quæ quoniam vera est, tota mihi *mente* tibique
Gratulor ingenium *non latuisse tuum.*

Quicquid ago præsto es, ludit ante oculos meos imago tua, itque reditque frequens, sine te non dormio, non edo——

——Nulla non hora de *te* loquuti fuimus, longa nos omnes *tui* fatigavit expectatio——& vitam *nobis* acerbam putabamus, quod tam diu consuetudinis *tuæ* fructu caruimus——& jam ecce *reduci* à tertio usque jugere manus porrigimus.——

——Cujus equidem absentis, absens, memoria, non aliter frui solebam, quam præsentis præsens consuetudine consueveram; qua dispeream, si quid unquam in vita contigit mellitius.

——Cæterum quemadmodum fieri consuevit, ut cum primum *Sol* formosum illud & aureum os

terris

terris oſtenderit, aut ubi poſt aſperam hyemem novum *Ver* blandis aſpirarit *Favoniis*, protinus nova rebus omnibus facies, novus color ac plane juventa quædam redeat: ita nobis *te* conſpecto mox alius acceſſit vultus——

31. Gratulandi--*fortunam auctam*--*ſucceſſum proſperum.*

GRatulor tibi *Plutum* tam propitium, ut mihi permoleſtum fuit *te* moleſtiis ac periculis agitatum eſſe, ita *te* incolumem ex iſto naufragio enataſſe gaudeo——

Sed gratulor tibi, jam opinor, ſemideo facto, cui contigerit——*epulis accumbere Divum.*

Nec tam meapte cauſa quam illius *lætabar*——

Quod res *tibi* ex animi ſententia evenerit, lætamur admodum, omniaque *tibi* in poſterum feliciſſima apprecamur.

——Video *te factum ζῶον ἀμφίβιον*, niſi mavis dici *Mercurius*——ſuperis deorum gratus & imis——

Tanto ſemper in te affectu flagravi ——ut optem tibi ſecundiſſima omnia, & cum optata contingant, vehementer gaudeam——

32. Gratulandi *valetudinem recuperatam.*

IN more poſitum fuit amicis convaleſcentibus *ſoteria* mittere——

Sed magis gratulor valetudinem proſperam, cum à tot morbis revixeris aliquando—& novam quaſi vitam recordiaris.

AT per *Deum* quæſo immortalem, ut tortuoſos aliquando mores caſtigares. Quis enim *te* non metuat? quis non oderit? O utinam te moveant *parentum* ſuſpiria, vota, lacrymæ?

Scholæ adhæreas uſque dum mercibus illis Athenienſibus probe pleneque ſis inſtructus

—αἰχεῦν τοι δόρυ τε μένειν κενεόν τε νέεσθαι. *Iliad.* 2. v. 298.

Toto fac animo, præclara ſtudia amplectare,
Quando non potes quod vis, id veris quod poſſis ———

Perge, age, vince omnem miles *virtute laborem.*
Et quantum humani poſſunt ſe tendere paſſus,
Arduus accelera ———

—Fac ita vivas ut omnes *te* fruſtra fuiſſe natum non exiſtiment.

Diſce libens, tetrici nec præceptoris habenas
Deteſtere ———
Tu quoq; ne metuas quamvis Schola *verbere multo*
Increpet, & truculenta ſenex gerat ora Magiſter,
Degeneres animos timor arguit; *at tibi conſta*
Intrepidus, nec te clamor plagæque ſonantes, p. 157.
Nec matutinis agitet formido ſub horis,
Quod ſceptrum vibet ferulæ, *quod multa* ſupellex
Virgea, *quod mollis ſcuticam prætexit aluta,*
Quod fervent trepido ſubſellia *veſtra tumultu.*
Auſon. protrept.

—Noli quæſo *ſpem* quam de te bonam noſtrates paſſim omnes conceperunt hactenus, fruſtrari; noli fœdiſſimam ganeonum colluviem ita ſectarier, ut ſordeant tibi, & deſipeſcant amicorum monita ———

—Te ad ſtudium ſummæ laudis cohortabor, eſt enim tibi gravis adverſaria conſtituta, & parata incredibilis quædam *Expectatio*; quam tu una re facillime vinces, ſi hoc ſtatueris quarum laudum gloriam admiraris quibus artibus hæ laudes com-

comparantur, in iis esse elaborandum——

In hanc sententiam scriberem plura, nisi te tua sponte satis incitatum esse confiderem; & hoc quicquid attigi non feci inflammandi tui causa, sed amoris mei testificandi——

V. Form. *affectus movendi*, ubi complures huc referri queant—

Si tibi difficilis formam natura negavit,
Ingenio formæ damna repende tuæ.
Surge, age, & in duris haud unquã defice, cœlo
Mox aderis, teque astra *ferent*——

Agricola si non impresserit cultrum, si sulcum non defoderit, si non exciderit sentes, si gramina non evulserit, si in tuto semina non locarit, *sibi* mentitur, non *terræ*, nec *terræ* facit damnum, sed *tibi* non facit fructum; & ita *se* vacuat, ita decipit, impugnat ita, qui *terræ* manu fallaci mentitur——*Chrysolog.* Idem & *tibi*, quam *tu* sperabis *honoris* messem, si nullam feceris *laboris* sementem?

Ejus animum inexpugnabili illecebra ac *suadæ*, captum prius ac possessum, ad præclarum & inusitatum aliquid transferret——

Ac veluti gnavus & avidus negociator bonis literis ceu honestissimis mercibus in patriam tuam onustus redeas——

Insanum quamvis hyemet mare, crudaque tellus
Seminibus, bello nec satis apta manus——
Nil dubites autore bono——Auson. Theodos.

Qui parum feliciter navigarunt, ipsi solent aliis non infeliciter cavere, ne veniant in periculum; sic & ego tibi sollicitus——

——Sed——*Nil opus admisso subdere calcar equo*——
Sponte tua properas——

Aliquidne *tibi* suademus quod factu non sit utile? *nos*, si nescis, *tuæ*, non nostræ utilitatis satagimus: Negligentiam tuam, & inertiam susque deque ferremus, nisi *eam* sciremus *tibi* futuram detrimento——

Nunc

Nunc ætas est omnium laborum patiens, ea est rebus honestis exercenda: quod datur vacui temporis hoc impende honestis studiis, & evolvendis bonis autoribus.

Fuge consortia nepotum & otiosorum, abduc te à juvenilibus voluptatibus & veris dotibus temet instrue——

Hunc igitur, quod facis, toto animo & tota mente amplectere, hunc cole, hunc observa, *hujus* heroicas virtutes imitare, & exprimi penitus; & quo melius *hoc* præstes, da operam, ut in literis & libris *patrem* tuum, si non superare, at saltem æquare vales——

Dic Musæ, *genioque tuo*, Majora canamus
Aude *aliquid* Magnum, *teneræque relinquito curæ*
His, *quibus ingenium tenue est*: *quin ponis avenam*
Arma virumque Cane——

——Persuasi tandem quamvis primum pertinaciter ibat inficias——

Non *Gallicus* olim duntaxat *Hercules* ea gaudebat prærogativa, ut missis ab ore catenis omnes ad suos nutus inflexerit; etiam *Tu* inter amicos felix imperabis——

——Noli ad credulam spei perplexæ auram antennas solvere; cum *Stratonico* dixeris ex omnibus navigiis tutissima esse, quæ in *terram* nauta subduxit.

——Dum potiare, patiare.

Quod facis id facias studiosius, & prius orto
Sole, vigil calamum & chartas & scrinia posse.
——*non parvas animo dat* gloria *vires*,
Et facunda facit pectora laudis *amor.*

Vid Epist 38. *Text.* elegantè sane ad *labores* & *studia* adhortationem—

Quorum arbitrio quasi *calcare* commotus, non potui refugere à cœpto *laboris* curriculo.——

——Non sunt pectoris adeo obtusi, ut humanis verbis non molleſcam——

Hæc sunt quæ nostra liceat te voce moneri,
Vade, age, & ingentem factis fer ad æthera famam.
Æneid. 3.

Sit procul omne nefas: ut ameris, amabilis esto; exue tetricum illud & Saturninum supercilium, serenam frontem illam rugis & nebulis caperatam ———

Quamobrem si *me* amas, quantum profecto amas, si *dormis* expergiscere, *sistas* ingredere, si *ingrederis* curre, si *curris* advola; hoc sit *negotium* tuum, hoc *otium*, hic *labor*, hæc quies, in his *vigilia*, in his etiam *somnus* reponatur *tuus* ———

Pergite, ut facitis, atque in id *studium*, in quo estis, incumbite, ut & vobis *honori*, & amicis *utilitati*, & reipub. *emolumento* possitis esse.

Vid. plura inter Formul. *Conclu. Petendi*, *Pathop.* p. 156. & deinceps.

——— His igitur *tu* tantisper te exerceas hastulis, dum cætera adornantur; & feliciter in studiis perge ut cœperis; jam enim *Orbis* prope universus *ingenii* tui exspectatione suspensus, nescio quid *cæleste*, sibi, de tua *virtute* pollicetur ———

——Neque ægre feras me toties isthac inculcantem; *nam nunquam nimis dicitur quod nunquam satis discitur*, ait *Seneca*, Epist. 27. ———

Vid. *Monendi*, *Consulendi*.

34. *Illudendi.*

ITe nunc *Reges* Principesque, ite & Trophæa vestra alibi quam in æternitate *literarum* ponite; *Poëtas*, Oratores, & imprimis Historicos, Flamines *Musarum*, & æternitatis Sacerdotes, vestræ autem gloriæ ac nominis Præcones, negligite si placet, ac pro iis *simiam* aut morionem saginate ———

——Atrigite aures non tersas, non acri lotas aceto, sed quas olim *Midas* ille noster exhibuit *Pani*--Encomium certe audietis, non *Herculis* neque *Solonis* ——— Ut

Ut nec mille *Democriti* ad tantos risus sufficerint, quanquam illis ipsis *Democritus* rursum, alio *Democrito* foret opus ———

——— Egregiam certe laudem!

35. *Lamentandi.*

SI atramentum mihi in præsens deficeret, *lacrymæ* ipsius vices optime nunc supplerent, talis tantus tuarum intuitu literarum occupavit dolor, patrem meum esse mortuum. ———

—Nihil jam multis annis accidit quod æque doluerim—Ah, nescis quam doleam de—

Assiduis *lacrymulis* faciem humectat, *curis* edacibus corrodit animum, *verberibus* crebris corpusculum diverberat, & *unguibus* insanis faciem deformat, quod *natum* eximio literarum amore flagrantem, (cujus prima *ætas*, iter ad ingenii *lumen*, manifestum ostendebat) fatali jaculo percussum, amiserit—Tristissimus *hæc* tibi scribo——— *Textor.* epist. 44. *Plin.* ep. lib. 5.

Perque sinus lacrymæ fluminis instar eunt.

———O quanta quæso, quamque acuta doloris cuspide pectus meum tunc perfossum fuisse existimas? O quanta ira siccum jecur arsisse opinaris? vidisses excussos *oculis* meis lacrymarum rivulos ubertim erumpere: vidisses capillos ventis diffusos extrahi———

———*Largoque humectat flumine vultum.*

——Quod ubi accepit nuntium, miserum me! quantum indoluit—& multum-*lacrymas verba inter singula* fundit. Æneid. 3.

—Heu lux *patriæ* ac pater! heu exemplum *omnis* ævi, nostri admiratio ac stupor! heu bellator, victor, triumphator, spes tuorum, terror hostium ac tremor! heu invictum *Rheni* nostri tonitru, ac Martia tempestas! quē omne ævum, omnis admirabitur posteritas, *Heinf.* in obit. illustr. *Mauritii*——

—Nam

—Nam ſi exſpectatis, ut quod in privato funere *oratores* ſolent, verbis tantum ad commiſerationem, aut inanem planctum, *præficarum* more, præeam, aut luctum ejulationibus accendam; fugit *vos* & ratio, & inſtitutum noſtrum *Auditores!* Non enim fœminæ, ſed viri conveniſtis. Et invictum principem lugemus, qui nec lacrymam emiſit unquam—*Ibid.*

Levia perpeſſæ ſumus ſi fienda patimur, *Andromache* apud *Senecam*———

Non poſſum quin doleam, multo autem maxime quod———

—Res nullis ſat lacrymis deploranda—

Nec ut atramento deſtillet calamus, ſed ſanguine———

V. *Cicer.* Fam. lib. 5. Epiſt. 15. lib. 9. Epiſt. 11. lib. 14. Epiſt 4. 7, 9, 17, 19.

—Cum ex *his* malis eluctatus fuero, cum enatavero ex his *curarum* fluctibus, his moleſtiis emerſero, tum—

—Ut quemadmodum à *Romanis* Scipio *Naſica, corculum* appellatus eſt, ſic & *illum* à *ſuis* appellari merito, & lugeri mortuum—

Heu quæ me tellus,—

——quæ me æquora poſſunt
Accipere? aut quid jam miſero mihi denique reſtat?
Cui neque apud Danaos uſquam locus: inſuper ipſi
Dardanidæ infenſi pœnas cum ſanguine poſcunt

ut Sinon ille Virgilianus. Æneid. 2.

Lacrymæ ubi eſtis? ubi eſtis *lacrymæ*? *cecidit* nobis *D.N.* heu *cecidit*, per quem *ſtetit* foro *Juſtitia*, literis decor, *religionis* nitor—Quando fluetis *lacrymæ*, ſi hic *ſtetis*: profecto ſi unquam aut uſquam *fluitis* juſte; hic *impie* ſtatis.

Quis (*niſi cornea fibra*, aut jecur adamantinum cui fuerit, *roburque & æs triplex* circa pectus) temperet à lacrymis, non ſolvat ſe in *luctum, & gemitus, & ſuſpiria magna*, cum ſuo madentem ſanguine univerſum fere *orbem* viderit Chriſtianum?

—Dum

——— Dura profecto, dura nimis *illi* ſunt viſcera, qui *his* viſis, *largo* (ut Tros ille olim) *non humectet flumine vultum* ——— nec lacrymarum torrentibus inundetur.

Diſcedens *vir* eximius & ſanctus, immenſum *ſui* deſiderium *nobis* reliquit, utpote cum & *ipſe* tanto *noſtri* ſemper amore flagraverit, ut & in ludicris & in *ſeriis*, pari mecum voluntate concineret, *eadem* velle, aut nolle crederes, *unam* mentem in duobus fuiſſe diviſam ——— *Min. Fel.* de Octav. ſuo ———

—Quot dolorum agmina infeſtent, quot immineant caſus, quot ingruant incommoda, quam nihil uſquam non felle tinctum plurimo! ———

36. *Laudandi.*

HUnc finxiſſe *Deus* Opt. Max. hoc conſilio videtur, quo haberent *noſtri* A. quem imitarentur, *cujus* ſimiles eſſe velint. Videbor *tibi* fortaſſe & aliis nonnullis, in hujus *viri* laudatione nimium profuſus. ego *mihi* nimium parcus ———

———Tanquam de cœlo *divinum* hominem, eſſe in provinciam delapſum putant, mentiunculam facientis *tui* non infrequentem ———

—O tuas *literas* omni ſuavitate refertiſſimas!

—Id peto ut majore *ſtudio*, magiſve ex animo petere non poſſum, ut *ei* omnibus in rebus quantum tua *fides* patiatur, commodes ut *eum* commendes, dignum laude virum omnimode.

—Apud *quem* dotes tam eximiæ, tam admiratione pene omni ſuperiores, ſe produnt, ut ——

——Innocentiam cum lacte imbibiſſe, cum ætate corroboraſſe ———

—Privatorum duntaxat eſt *ſibi* & *ſuis* vivere, ſe publicæ luci expoſitum exiſtimavit velut candelam aliis lucere ſibi conſumi ———

Convenit hoc istis tuis moribus, ita piis, ut supercilio careant; ita comibus, ut absit levitas; ita severis, ut absit asperitas ——

——Rerum vero gestarum *gloria* tanta est, ut non *epistola*, sed historiarum *voluminibus* explicari debeat——

Laudo *genium* tuum, laudo *ingenium*, laudo eloquentiam *literarum* tuarum, nihil nisi *Gratias*, Veneres, voluptates *spirantium*——

——Saccharatis condimentis stipare soles scripta *tua*, quibus ne *mel* ipsum mellitius puto——

Uberiore *me*, quam par est laude, videris prosequi——

——Qui quidem, ut est voce suavis, vultu amabilis, gestu & statura corporis admodum decorus atque procerus: sic certe pietate, prudentia, fortitudine, atque aliis virtutibus optime instructus & eruditus——

Quæ (*Deus bone!*) morum comitas? quis animi candor? quæ in dicendo *Veneres*? adamantinum arbitror, quem mira *hujus* hominis festivitas non capiat.

——*Exemplum* juvenis *venerabile morum.*

—Quod omnis cogitet memoria, posteritas loquatur—non *funus* publicum, sed patriæ cadaver,—belli fulmen,,murus libertatis,omnium provinciarum urbiumque vallum atque propugnaculum—cui spes ac vota sua quisque credit, *quem* ex omni orbe nobilissima juventus colit—

——Nam quæ levitatem præ se aut futilitatem ferent, non tam oderat natura, quam detestabatur——

In *dicendo* ita brevis ac succinctus, ut necessitatem raro, nunquam dignitatem *Principis* excederet; plurima *acute*, nihil unquam *frustra* dixit——

—*Corpus*

—*Corpus* ſucculentum, vegetum, toroſum Deus & natura dederant; cujus ſpeciem ac modum magnitudo *animi* ac mentis excedebat—— Ex ore, ſuperciliis, inceſſu, corporis totius motu habituque *Martem*, non plorantem illum quem Poëta turpiter inducit, ſauciumque, ſed *Gradivum*, aut *ultorem* deſcripſiſſes, qui in animo ac vultu *ejus*, ſedem poſuiſſe videbatur ——

—Quem illimis *morum* candor ſimplex *animi* tralucentis ſuavitas innocentiæ, & religionis, pietatis, & ſtudii imago, non recreabat aſpicientem. Nemo *ſibi* & *naturæ* plura, nemo pauciora *inſtitutioni* debuit —— *ipſe* rerum omnium virago ac abyſſus—

—— Quam nullum omnino tot dotibus imbuto ſupercilium!

—Pœnitentia ac *fide*, non ut ante, urbem aliquam, ſed *cœlum* perrupiſti: hanc victoriam poſtremam, hunc triumphum *Imperator* noſter geſſit; poſt quem, victor omnium ac *ſui*, vitæ immortalis *Capitolium* aſcendit. Ita una eademque hora (*Auditores!*) columen prudentiæ ac caput ſuum *Patres*, Martem *milites*, vitam, ſpem, ſalutem *Cives*, fulcrum ac tibicinem imperii ac gloriæ *Batavia*, patronum ac tutorem *Academia* amiſit——

—— *Heinſ. orat.* 1. in obitum illuſtriſſimi *Mauritii* Auriaci——

——— Cujus *tergum* nunquam vidit *hoſtis*, vultum nemo unquam inimicus patriæ ſuſtinuit. —— *ibid.*

—Stupere omnes, neque ut de *homine* amplius, ſed ut de novo aliquo *portento* loquebantur. —Studioſi omnes exclamare, hærere, nulla aut *ſibi* laude, aut *illi* ſatisfacere videri. Alii abyſſum eruditionis, alii ſcientiarum mare, alii Doctorum ſolem, alii patris divini ſobolem divinam, alii genus Deorum, alii perpetuum

literarum Dictatorem, alii maximum naturæ opus & miraculum, alii extremum naturæ conatum, aliter vocare — —*Heinf. de Iosepho Scalig.*

—Illustres patriæ Patres, *Galliæ Palladium* eripuerunt, & præcipuum *Europæ* numen (ita enim vere judicabant) liberali stipendio in hanc urbem vocarunt. Qui mihi dies alter Academiæ *natalis* videtur. *ibid.*

—Domum vero *illius*, quasi oraculum fuisse quoddam & delubrum, ad quod omnes ventitarent—Fuit, fuit illud tempus cum unius in hac urbe *viri* domus, orbis universi musæum esset—*ibid.*

Tu in ore, in animo eris omnium, nominisque magnitudine orbem universum, diuturnitate autem famæ vastam temporum profunditatem æquabis: Salve, salve Heroum sanguis, salve literarum princeps, salve invidiæ victor, salve domitor monstrorum, salve, *ave*, & æternum vale —*Heinf.* orat. 2.

Is *Iosephus Scaliger* est, inquam, qui non admirationem sui, sed stuporem *posteris* reliquit. Cujus incredibile ingenium, tanquam flamma quædam, aut fax publica è cœlo delapsa, & in terras demissa artes omnes, omnes disciplinas illustravit: cujus inexhausta memoria omnium rerum ac linguarum receptaculum, & profunda quædam vorago fuit—orat. 3.

—Etenim si ut prudenter à *Solone* dictum fuit, *finis* exspectandus est ut recte judicetur, & post actum *fabulæ* supremum plausus excitatur—— Jacet ille eruditi orbis splendor, illa fama literarum ac anima—jam princeps literarum ore omnium, & *Apollo* Musarum judicatus est—

Efflorescet indies *illius* viri nomen, quo majorem nulla æras vidit, nulla forsitan videbit: vastum illud & prodigiosum ingenium, admiranda

randa illa & ſtupenda poſteris induſtria, accuratum illud ac divinum viri ingenium non latere magis quam deleri aut extingui poteſt.

— Nos ingenii humeris, & quaſi cervicibus ſupra ipſa *Mauſolea*, quæ expreſſa hic videris, ipſa *invidia* ſpectante, ac ringente ſtruſtra *Regem* noſtrum extollemus ac locabimus. D. *Heinſ.* de *Ioſeph. Scalig.*

Pulcherrimo illo Apulei dignus elogio, *inter doctos nobiliſſimus, inter nobiles doctiſſimus, inter utrosque optimus*, inter omnes modeſtiſſimus———

——— In deligendis quos diligat diligentiſſimus———

——Magnum illum *patriæ* parentem, fulmen illud *belli*, pacis columen ac decus———

——Tantum ubique locorum famam *tui* nominis concitaſti, ut vicatim compitatimque *te* prædicent omnes, ad *Deum* pene faciunt——— Quod ſi eo quo cœpiſti pede perrexeris *animum æquabis olympo*———

——Nam erat & *ingenii* viribus valens, & *doctrinæ* opibus excellens, & *eloquio* præpotens, quippe qui utroque ſermone copioſe & graviter diſputaret, & ſcriberet———

—Princeps incomparabilis, nunquam ſatis laudatus, nunquam ſatis laudandus, quem facilius quis admirari, quam laudare poſſit———

—In *quo* multa adeo præclara, adeo ſingularia, adeo mira extiterunt, ut——— tanta vis ingenii, tam profundi, tam acris, tam elegantis, ut omnes pene multum longeque ſuperarit, tanta totius eruditionis magnificentia———

Eloquentiam vero quid memorem, cujus fuit tam amœna, tam dulcis oratio, ut mihi ex ore *ipſius* non tam verba, quam mella quædam fluxiſſe videantur. *Vincent.* Lirin. de *Origine.*

IMminet jam *nobis*, niſi vanus augur ſum (atque utinam profecto ſim, *Auditores!*) alta quædam ac profunda *nox*——Nam ut nautæ cum in prora conſtiterunt, tempeſtatem primi vident, primi *aliis* denunciant; ita ego neſcio quid, quaſi *nubem* poſt ſerenitatem hanc——

—— Quid ita cœlum, terram attonitus intueris? quid eſt quod? —— hoc ſo ſan animo, te animum tuum aliquando tandem recollegiſſe ſpero——

38. *Minandi.*

AGedum accingamus igitur quando tu prior ad arma provocas—— ô perditam audaciam! audes virum tam *magnifice nummatum treſſis homuncio* convitiis laceſſere? quod ſi opes meas contempſiſti, num vel calamum *Eraſmi* non metuebas? ſcis quibus machinis ſolent bellare Poëtæ? quas ſi iratus in te torſero, actum de te fuerit, fruſtra te foſſæ iſtæ, iſti aggeres, iſta mœnia quantumvis munita cinxerint: ſed hactenus preluſerunt velites, tu niſi pacem ultro petas, juſta tecum acie decernam——

--- Et me ſors ſiqua tuliſſet, Promiſi ultorem---

—— Erit, polliceor, tempus in quo ſtultitiæ *tuæ* pœnitentia ductus, & unguibus faciem *tibi* deformes; & matrem, quum *te* pepererit, *abortivum* malles peperiſſe.

Cur ſic debaccharis in famam hominis ex animo *te* amantis? meæ famæ non multum noces, tuæ male conſulis——Abſtineas quæſo à talibus facetiis, alioqui ſenties me non eſſe edentulum, & fortaſſe ſero pœnitebit; ſi tibi *machæra* eſt, & nobis *urbina* eſt domi.

——Cæterum quoniam *ſero ſapiunt* Phryges, *tuo* nunc infortunio ſapias; & quam in *te* cudiſti fabam perpetere, quod tibi propinaſti

sti venenum bibe——Et *vale*——

—Non solum enim vapulabis à carnifice compitatim, at (quod longe deterius est) traheris ad furcam—Non miserebor *tui*, vel si sanguinem fleveris—

——Studiorum si *te* pertæduerit ; nihil restat nisi ut jam ad *tibicines*, aut pollinctorem *te* mittam.

—Precibusque minas regaliter addis—

39. *Monendi.*

VEllem quam *sæpissime*, mecum per *literas* colloquare.

Tu velim & quid *agas* & quid *acturum* te putas, facias me quam diligentissime *certiorem*.

Cave sis audiam ego isthuc *posthac de te*—
Augurium ratio *est*, *& conjectura futuri*,
Hæc divinavi notitiamque tuli.

Unde non verebar vel in maximis tuis *negotiis* te amice interpellare, ea tamen lege, ut, *tu* simili quidem *amoris* argumento *me* etiam commonefacias delinquentem—

Sed pro *tua*, qua non duntaxat *me* superas, *existimatione* atque autoritate, longe dissimili ratione, mihi quoque libere dicas, quid in me uspiam mali deprehenderis.

Quod ego tibi non in *aurem*, sed aperte dico.—
—*Hæc est venturi prima favilla mali.*

Vipera est in veprecula—en te monui—

—Cave posthac, si *me* amas, unquam *isthuc verbum*, ex te audiam ; & *ego*, si me metuis, *mores* cave in te esse *istos* sentiam.

—Tenta, reperies in levi *monito*, non leve *momentum*—

Dura aliquis præcepta vocet mea, dura fatemur
Esse, sed ut valeas, multa dolenda feres :
Sæpe bibit succos quamvis invitus amaros

Memorem immemorem facit, qui monet quod memor facit. *Plaut.* in *Pſeudolo.*

Ut corpus redimas, ferrum *patieris & ignes*——
Ardua res hæc eſt opibus non tradere mores,
*Et cum tot*Crœſos *viceris*, *eſſe* Numam.
Tu quoque formida nimium ſublimia ſemper,
Propoſitique precor contrahe vela tui——

—Sint priora illa tecum παθήματα, μαθήματα tibi, ne ——

—Scias velim, quod locus ille dignitatis futurus ſit onus æque ac honos——

—Nullum (ſi *me* audias) amicum *tibi* comparabis, niſi prius cum eo tres modios *ſalis* comederis. Multi ſunt in oſtio tantum formoſi, & verbis palam *amici*, qui tamen——

—Vis implumis adhuc, volare? *Dædalus* eris priusquam ſis *Icarus*? Præſtat in ipſa etiam ſenectute reſipiſcere, quam ad capulum uſque delirare, Non puduit, eloquentiæ parentem *Ciceronem*, poſt multas in Senatu declamationes, dare *ſe Apollonio* Miloni recoquendum: neque octogenarium *Socratem* Muſicæ vacare——

Ludis adhuc cernens incendia? *diripit* hoſtis
Urbem, *& tu vacuus numeros in pulvere ducis*?

—Si velles *auvem* præſtare meo conſilio—Cave ne *divina* ultio (quæ lento gradu ad vindictam *ſui* procedit) ampliori *te* exitio reſervet, tarditatemque ſupplicii gravitate, compenſet: multis enim *fortuna* parcit in pœnam, & quem ſæpe *caſus* tranſit aliquando invenit, ut ait ille.

Quod *Helenus* olim *Æneæ*, ſerio te moneo.

Læva tibi tellus & longo læva petantur
Æquora circuitu Dextrum fuge littus, *& undas*
——Æneid. 3.

Amo *te* plurimum, nec hodie vivit quiſquam *mihi* amicior ac tu—Hæc enim quæ moneo amice moneo, ſic enim malim quam inimice placere.

—A

—A medica hæc, nec maledica penna proceſſiſſe perſancte juro———

Valetudinarius eſt hic *orbis*, in quo non decumbunt ægri, ſed pro ſanis ambulant: pauci morbum ſuum vident, omnes amant.

—Sed relinquamus nos tandem, vitia illa quibus nimio plus jam diu aſſuevimus———

—Da operam quæſo ut *eam* quam de *te* ceperunt omnes non fallas opinionem.

—Neque, ut ſpero, ſiniſtre illud accipies, quod dextre in rem tuam porrigitur———

Proximus à tectis, ægre defenditur ignis:
Utile finitimis abſtinuiſſe locis.
Non facile eſuriens poſſis retinebere menſa.—&c.

40. *Narrandi de rebus novis.*

RErum quidem *novarum*, hic fere eſt nihil, niſi quod———

Sedebimus hic ad menſem unum aut alterum—

Tertius hic dies eſt quod audivi———

Illi quidem haud ſane diu eſt cum———

Pronis accepi auribus, te———

Plane beabis me, tuum ſi———

Magnopere velim audire, num———

Peſtilentiam iſthic majorem in modum debacchari———

—Video paſſim, audio paſſim, quacunque patet orbis Chriſtianus, ſummos pariter atque infimos, horrendas rerum mutationes perſentiſcere—cometæ, eclipſes, inundationes, prodigia—portendunt magnas nobis & malignas temporum tempeſtates capitibus imminere.

Agitur hic per ruſticos cruenta fabula, quæ futura ſit cataſtrophe, neſcio———

Videmus hic rerum præludia, neſcio quid tempeſtatis minatantur, omnia tamen adhuc in conjecturis latent———

Res non ficta, Deus testis, sed facta recenter——

——Aut veram, aut si vera non est, certe verisimillimam narrationem——ne majoris operæ aleam tentaremus.

Dicam quod stuporem omnem, omnem longe excedit admirationem——

——Ut non tam literas, quam lituras, quam lacrymas expectes modo——adeo misera rerum est facies.

——Nihil novum hoc temporis occurrit uspiam, nisi illud *Ciceronianum*, Si vales bene est, *ego* quidem valeo. *Vale.* Salve.

——Ne autem verbis *meis* defatigatus pertædeas, rem omnem *tibi* à principio strictim aperire constitui——

Ægre hic, & difficulter hodie vivitur ob magnam *annonæ* caritatem; multi ubivis locorum reperiuntur *milites*, aut (ut verius dicam) *grassatores.*

Atrox *Bellonæ* suum ubique fere locorum quatit flagellum——

Ut ab urbe discessi, nullum intermisi diem quin——

Literis tuis scire velim quonam vivant modo *vestrates.* Nam qui apud *nos* degunt, multis miseriis & calamitatibus obruuntur: & nisi *Deus* immortalis res nostras clementius intueatur & custodiat, periculum est, ne iniquissime nobiscum agat *fortuna*——

——Eo tandem redacti angustiarum, ut rei suæ pessum ituræ subvenire nesciant——

Multi sortis exortes, ego autem Deo faventiori, prædiis fruor & libris, imo & equo——quem mihi chara soror——*Esse sui dederat monimentum & pignus amoris*——

Vis autem paucis dicere, ne diu *te* suspensum detineam, quid——

MAjus opus moveo, altiora jam ſtudia ſequor——

Cum proxime eſſem apud te——

Studiorum rationem, quam cum tu hic eras inſtitueram, eandem ſequor, *literis* Græcis, & *Latinis* quantum poſſum, operam impendo——

Hic ſtatus, hæc rerum nunc eſt fortuna mearum.
Ovid. Triſt.

Damnatus ego ad metalla inter pueros deartuor——

Omnia diis hominibusque plaudentibus mihi hactenus obvenerunt——

——— Rem ſic integre deſcriptum ibo——primo——ſecundo——

Audio & gaudeo te——

Tantum hic laboris exantlatum eſt, ut parum abfuerit quin meipſum enecarim, dum ſedulo adnitor ut *Hieronymus* renaſcatur, neque verebor illud vel jure jurando confirmare, minoris ipſi *Hieronymo* conſtitiſſe——

——*Pater* conſtituerat annos plus quatuor *me* in ſcholis captivum tenere, ſed precibus *amicorum* quos ſemper *meæ* calamitatis miſeruit, expugnatus libertatem *mihi* promiſit. Quod ſi præſtiterit *Deus*, tum *Fortunam* ipſam anteibo fortunis meis. Nunquid enim ſervile & miſerum *tibi* videtur in hac languere carnificina? Quales putas qui *nos* erudiunt *Præceptores*; dicere eſſe plagiarios, *Carnifices*, & tortores vulnerarios, inter leænas, inter lupas, & tigres educatos——non audemus præ metu hiſcere, nec *my* quidem aut *gry* facere: Si quid fortaſſe aberraverimus, ſi vel unguem latum receſſerimus ab eorum mandato, ictibus pluunt, colaphis is grandinant, denudant *nos* à calcaneo ſcapularum tenus, lacerant, tundunt, mutilant, ſæviunt, debacchantur—— *Textor.* Epiſt. 71. *Eraſ. ad Leon. X. Papam.*

Quod

Quod *Ulysses* olim, labores suos Alcinoo narrans τί πρῶτον, τί δ' ὕπατα, τί δ' ὑστάτιον καταλέξω. Odyss. 1.

42. *Narrandi de valetudine.*

DE meipso si aliquid scire vis, ego à tuo discessu optima valetudine, Dei Opt. Max. beneficio, semper usus sum.

Si perconteris ut valeat tuus—actum est de ejus vita & conclamatum: est cadaver vivens; jam numeratus est in peculio Proserpinæ, & naulum Charonti parat.

—Mihi & scriptum & nunciatum est *te* in febrim subito incidisse——

Afflictissima sum valetudine—

Audio tibi valetudinem esse non prorsus adamantinã—incomoditas reor cœli est in causa—

Ætas in dies ingravescens, valetudo plusquam vitrea est, quam ægre tueor domi latitans.

—Nos mediocri valetudine sumus, & aliquanto prosperiori quam solemus——

Valetudinem adhuc subdubiam esse, & valde agitatam—vitam toties nutantem——

Bellule se habent nostrates omnes.

—Valetudo mea vacillat admodum.

Vis igitur scire quemadmodum hic vivat N. N. te enim nihil rerum suarum ignarare par est, *vivit*? imo haud scio an vivat, sed vivit prorsus miserrimus, omni lacrymarum genere confectus—invisus sibi cui jam nec vivere libeat, nec liceat mori; denique miserrimus, sed fortunæ iniquitate non sua culpa, miserrimus tamen——

Non habitus, non ipse color, non gressus euntis.

Non species eadem quæ fuit ante manet.

Nos, gratia superis, mediocri sumus valetudine— Vivum

Vivum cadaver, quod vivit quidem, ſed morti vicinum—

Valemus adhuc, præterea nihil eſt quod fortunæ gratulemur.

Valetudo noſtra, eſt tota nunc vitrea, aut ſi quid vitro eſt fragilius—

—Me morbus prorſus exhauſit; & curis & loculi laxiſſimi ſunt—

Afflictus vitam in tenebris luctuq; trahebam.

Quam tenui fuit, aut nulla potius valetudine--

Illius temporis mihi ſolet in mentem ſæpius venire, quo proxima una fuimus & valebam bene—

—Morbus, qui me ſic afflixit, ut in vitam feliciorem tranſmiſſurus videretur, à quo ſic tamen ſenſim revixi, ut multo fractioribus viriculis ſim, quam ante fueram—

—Ita, *quam* ex animi mœrore partim, ſtudiis contraxeram tabe, exhauſtus prorſus ac emaciatus ſum, ut cum umbra hominis, aut *ſceleto* loqui videaris.

Procul *illi* ſpecies antiqua illa, ac venuſtas oris, procul nitor ille ac rubor, procul delicatæ illæ manus—vultus denique univerſus (ut *Galenici* loquuntur) *Hippocraticus*—diem ultimum nuntiantes—*Heinſ.* Orat.

—Corpus jam emaciatum, jam exhauſtum, jam exſangue, jam cadaver erat—

43. *Objurgandi.*

O Hominem inconſultum! O tribus *Anticyris* caput inſanabile!—

Succenſeo tibi quod tam breviter, tam indiligenter ad me ſcripſeris: eone res redit ut magnum tibi videatur, ſi una nocte, mea de cauſa vigiles?

—Mi-

—Minutiæ hujuſmodi non ſunt ſatagendæ—ut———

—Ut videare mihi non orator, ſed arator, non in aula, ſed caula educatus———

Quum *te* objurgo, & impietatis inſimulo, quod rarentior proficiſcaris ad *templum*, culpam tuam excuſas, cauſariſque te *eſſe* podagricum—

Ecquis homo eſt inſulſæ adeo ac inconſultæ mentis? ———

—Elegantulum profecto hominem, cui hæc pudori non ſunt! ———

Quid *tibi* videtur? Num———

Quæ te, ô *amice*, *furentem* Mens *agit in facinus*?

Quid hic *dicam*, aut quid omnino *reticebo*? *naturamne*? at *illa* quæ parentes ac benefactores vult à *nobis* honorari, nunc à te *violata*, tuum ſcelus, hoc in judicio *me* tacente arguit, inclamat. *Humanitatemne*: at illam exuiſti, ut quandam indueres *naturæ* perverſitatem. *Prudentiamne* tuam? at omni ſenſu, omni ratione caruiſti, & illud effeciſti, ut *te* non modo non *hominem prudentem*, ſed ne *hominem* agnoſceremus.

44. *Obteſtandi.*

PEr *Muſarum* communia ſacra, per omne fœdus *humanitatis*, per veſtras *ſpes*, & *parentum* veſtrorum, per quicquid apud cunctas gentes *ſanctam*, & inviolandum habetur, adjuro vos atque obteſtor; *expergiſcimini* tandem, & redite in *virtutis* viam; ſanate offenſas *officiis*, componite mentes ad *obſequium*, ad modeſtiam, ad verecundiam———

———Obſecro te per noſtram amicitiam, atque obteſtor, ut *me* graveris iſtis impertiri—

TE autem *mihi* esse amicissimum non ullo meo *merito*, sed animi *tui* quadam inductione, libere profiteor. ——

Tibique plusculum devinctiorem esse, quam ut unquam solvendo siem.

Sincerum *tuum* in me *affectum* aperuisti affatim: in te *meum*, modo pectore senestrato fretus sim, clare perspiceres ——

—Me tam amanter ad domum tuam, velut è sævissima tempestate, naufragio proximum, in tranquillum portum invitaras; omnia pollicens non quæ meis meritis, nulla enim sunt, sed quæ viro benignissimo congruunt.

Cum enim inter scribendum tuæ gravitatis imago subit, lingua titubat, errat manus, nec animus sufficit tanquam numinis cujusdam lumine stupefactus ——

— Nam τοῖς βασιλεῦσι δεῖ ὡς ἥκιστα, ἢ ὡς ἥδιστα. *Crœsus* ad *Solon*.

—— Qui spiritus tam diu duxi ex tuæ benignitatis *favonio*: merito censeri possim ingratus si non agnoscerem ——

—Mihi summa honoris præfatione nominandi *E.R.* qui (ut illud obiter dicam) adeo sua *me* benevolentia superioribus diebus *sibi* devinxit, ut neminem sciam *cui* fatear *me* plus debere ——

Ego autem *mihi* ipsi conscius, neque *ingenio*, quod perquam exiguum ac *tardum* esse scio; neque *memoriæ* quam labilem semper fuisse comperi; neque *diligentiæ*, quæ modica certe & rara fuit, quicquam tribuere potui: sed potius *divinæ* gratiæ, cujus ductu, *me*, nemine neque monente neque hortante, in *Petri rami* scripta incidisse agnosco. Quibus scriptis licet *sero*, ac pene tarde, & tenuiter operam dederim aliquantillum tamen me ex *illis* profeciſſe videor: igitur non *meæ* sedulitati post divinam gratiã, quicquid tan-

tandem profecerim, acceptum fero, sed——

Nec citius imperes quam impetres

Et ego *re* quam *verbis*, beneficium rependere malim, *me* quidem (absit verbis invidia) Herculeis & adamantinis vinculis tibi adstrinxisse te profiteor——

Vid. *Opera offerendi*——

46. *Opem operamque offerendi & pollicendi.*

CHristus, qui & *laboranti* summittit animos, & *dicenti* verba, & facienti vires, & *hortanti* nervos, & *objurgandi* aculeos, præsto sit *tibi* in susceptis operibus, suæque divino dextræ sulcimine sustentet——

Si quid erit negotii in quo servuli infimâ opera non gravetur uti, mandet ac præcipiat amplitudo tua——alatis pedibus ad te veniam——

——Nec non noster pro te labor totus desudabit.

Omni *ope*, atque *opera* enitar, quæcunque qualisvecunque ea tandem sit——

Nec *depugnare*, si occasio tulerit; nec *obsideri* si necesse fuerit, nec *mori* si casus inciderit, pro vobis paratior fuerit quisquam——

——Et licet *sus Minervam* docere videatur, malui tamen *meam* ineptitudinem prodere, & infantiam propalam patefacere, ut *mei* hinc aliquid addiscam; quam *officium* in hac re meum imprudenter deserere, aut *laborem* justa data occasione, negligenter subterfugere——

Nullam sarcinam tam gravem, tam molestam injeceris, quæ mihi, tua causa non leviſſima, non etiam jucunda videatur.

De meo vicissim in te amore, hoc perinde ut *Apollinis* oraculum accipias velim, dum & tu virtutem

tutem & bonas literas (id quod facis) amplecti perges; nulla consuetudinis intermissio, nullus casus, in te animum mutabit meum.

—Puta *me* tuum esse mancipium, imperabis, & impetrabis quæ voles.

—Non parcas pecuniis *meis*, atque adeo omnibus domesticis rebus; hauries *à me* velut ab ipso horreo.

—Hæsitare igitur quiescas, moneo, tibique persuadeas, me (ut cum *Terentio* loquar) pedibus manibusque omnia semper facturum, quo rebus tuis consulam—

——*animis juncti, secernimur undis*
Unaque mens, tellus non habet una duos.

Polliceor tibi *studium* meum & operam, sine ulla exceptione aut *laboris*, aut occupationis, aut temporis.

—Si quid erit in quo queam tibi *gratum* facere, facito periculum an ex *animo te* diligam.

—Ego quid *possim* nescio, vel potius me *parum* posse, sentio; illud tantum *tibi* polliceor, me quæcunque *saluti* tuæ conducere arbitrabor, tanto studio esse facturum, quanto semper *tu*, & studio & officio in *meis* rebus fuisti.

Quicquid dixeris, perinde ac thesaurum continebo, & fortasse dolori tuo medebor, si modo capiat medicinam.

Ad ætatem vero hanc quod attinet, affirmo *vobis* (viri *clarissimi*) quod sine ambitione possum, ego *horas* diligentia, *menses* labore, *annos* industria æquabo; singula dierum vestigia premam, singula temporum puncta & momenta invadam. Ætatis enim cursum *inhibere* nemo, quivis *uti* potest,

——*quodvis pete munus & illud*
Me *tribuente feres*——

Dabo operam ut tuæ satisfiat voluntati, expectationi—— Quod

Quod si hæc tui palati esse intellexero, dabimus ubi fame abuti posses.——

Ne graveris quæso, tribus verbis indicare quo pacto queam hominis ingrati notam effugere.

Si quid hic penes me situm sit, quo tibi serviam, committe literis & tabellario——

——*Nec tempora perde precando.*
Quod petis omne feres——
——*roga quodvis sine nomine munus*
——*nullam patiere repulsam*——
Elige, namque——*Optatis potiere tuis.*

47. *Petendi. Rogandi.*

CUm *nos* inter *nos* eodem erga *literas*, religionem, *rempub.* & mutuam amicitiam studio, judicio animo atque sensu conjungimur; opto *ego* sæpe, adeoque volo, ut *nostri* itidem aliquo insigni nexu, nonnulloque paris inter se quoque *amoris* alendi incitamento, contineantur; & propterea, *&c.*——

Si quid unquam tibi gratum aut feci aut volui, quæso ut hoc mihi gratiæ referre non graveris——

——Id quantopere cupiam, (vir humanissime!) vix tibi persuasero——

Tu, si quid in amici negotio aut perspicis acutius, aut prospicis sagacius, consilio juva——

Plura *me* ad te, de hac *re* scribere pudet, ne videar amicitiæ nostræ diffidere——

Si *tu* is es, in quem *nos* omnes universas vires nostras exercuerimus; si *tibi* opes, & fortunas nostras libentissime contulerimus, si fructum *gloriæ* nostræ in *te* una jactaverimus; si spem salutis nostræ in *te* potissimum reposuerimus; age ergo, ac mente, & cogitatione tua complectere, quod *te* vicissim nobis debes, & quod *scis*, & velis, quod

quod *potes*, & perfice quod debes: ſic nobis, ſic *Deo* rem debitam & expectatam efficies, *Aſcham.*

Abs *te* repudiatus, ab amicis non ſublevatus, quem præter *te* appellem habeo neminem, tibi *me*, tibi meas omnes opes, fortunaſque omnes commendo; ſi *tu* me deſeris, perii——

Amicitia quidem noſtra tam alte radices egit, & ad eam excrevit magnitudinem, ut——

Quamobrem per omnia quæ tibi ſacra ſunt rogo, ſit hic——

Illud *te* præcipue rogo, & obteſtor, pro amore noſtro.——

—— Nam ſi in tanta re, tamque neceſſaria, verbis mihi opus eſt, ad te excitandum, te quod volo. Quare noli expectare longa preces—— *Brutus* ad *Cicer.*

Neque tamen importunæ impero, ſed ſubmiſſe propono; idque *tibi* viro quem à multis annis novi, ſumma & benignitate & humanitate, atque benevolentia præditum.

Tu modo ſiquid agi ſperabis poſſe precando,
Quem colis, exora ſupplice voce Deum ——

Pro ſumma noſtra conjunctiſſimaque neceſſitudine.

Literæ non erubeſcunt, & hinc eſt quod ego impræſens ſcribo, non loquor; quamvis *datur ora tueri Sæpe tua, & notas audire & reddere voces*——

Impedior *verecundia*, ne verbis pluribus te rogem——

—Ut novas adhuc ſuppetias, & beneficia dietim depoſcere non erubeſcam——

Regia, crede mihi, *res eſt ſuccurrere lapſis.*

Nihil optatius *mihi* accedere poteſt quam——

—— *Miſeri te ſiqua parentis Tangere cura poteſt oro* (fuit & tibi talis Anchiſes genitor) *Dauni* miſerere ſenectæ.—*Æneid.* 12. *Turnus Æneæ*—

Scio enim *te* ita favere ſtudiis literarum, ut pluri-

plurimum pollicear mihi de tua largitate——

Deus mihi ſpem, & *bonitas* tua *mihi* animum auget, ut ego *pauper* & egens, ad te locupletem, & fortuna ſatis abundantem confugiam, non ex jure & merito *meo*, ſed ex gratia & beneficentia *tua*, quicquid facies facturus es.

Vale, & noſtros aliquando, ſi tu magnus *Iupiter Faunorum* caſulas non dedigneris lares digneris inviſere, optatiſſimus hoſpes futurus——

Non eſt neceſſe rogare te, quod ſemper tua ſponte facis, tamen rogo ut ſi quando inciderit opportunitas——

Effice conſtanti profugum *pietate tuendo*
Ne ſperata meam deſerat aura ratem.

Idque *is* facio, cui perſuaſiſſimum ſemper fuit, eſſe animi ingenui *cui multum debeas, ei plurimum velle debere.*

Verum cum ſciam quam non illibenter pro *amicitia* ſubinde renovanda, ab amicis *tuis* ſolliciteris audacter *te* paucula, pro *amiculo* ſollicitaturus accedo——

Ego pro *eo* unum abs *te* peto, ut non ſolum ut bene doctum *hominem*, verum etiam ut *mihi* amantiſſimum, tuaque amicitia dignum, quo poteris officii, & humanitatis genere complectaris.

Niſi certo cognoſcam *tuam* non ſolum erga *me* ſummam, verum etiam in *omnes*, tametſi alienos, bonarum literarum ſtudioſos, non vulgarem benevolentiam, vererer profecto (*vir* N.) in alieno præſertim *negotio*, ſtudiorum tuorum tranquillitatem temere interpellare——

—Ut te Deum mortalem, & tutelarem mihi miſero tuamque expetendi opem exhiberes:

Nam tua ſupplicibus domus eſt aſſueta juvandis
In quorum numero me *precor eſſe velis*;

Humanitas *tua* facit (*ornatiſsime vir!*) quam omnes *tibi*, ſingularem tribuunt, ut *ego* omnis huma-

humanitatis oblitus, *Te*, cui obſcurus & ignotus ſum, literis meis interpellem.

Perneceſſaria tamen *res* mihi incumbit, ad quam expediendam, quia *tu* ſolus *is* es, qui tantum facultate *potes*, quantum vis; & tantum humanitate tua *vis*, quantum potes, imprimis ad *te* ſcribendi eſſe duxi—ut———

In qua re *opem* tuam, non *opes* ullas expeto, & requiro—feceris ſane rem te dignam & mihi pergratam———

Quamobrem *me*, & cauſam meam omnem, in unius *tui* benevolentiæ ſinu depono, cum tantum *tribues*, quantum *vis*, tantum ſcio voles quantum ipſa *cauſa*, literarum ſtudia, tenues *fortunæ* meæ, ſive *ſingula* hæc petere, ſive ea *univerſa* exigere, ullo modo videri poſſunt—

Quamque potes miſero, (nam potes) offer opem.

Cui quæſo ut veſtræ *Gratiæ*, faventiæque totæ, totæ irrideant.

Quippe cum amicitia *pares* ſemper aut accipiat, aut faciat. *Min. Fel.*

Itaque niſi ſolamen *animo*, & ſubſidium *Conditioni* meæ, tua divina bonitas attulerit, equidem quod ad *me* attinet, quid faciam neſcio, nam reliqua *ſpes* mihi nulla eſt omnino. Reſpice ergo me———

Null eſt *ſpes* omnino præter *te* relicta, amici ſunt panciſſimi ad quos confugiam, & *hi* paupertate ſunt oppreſſi; alii *divites*, tamen avari, & cordis (neſcio quo pacto) in bonis literas obdurari. Quid faciam quo *me* conferam? aut à quibus auxilium petam?———

Sed tu *meum* quæſo oppreſſum animum obrutumque intuitor, & miſerere *mei*, interruptis vocibus, & quaſi morientibus, *opem* tuam implorantis———

Meum ergo eſt precibus contendere ad Deum, ut

ut omnia in illius gloriam redundent, à cujus gratia promanarint.

Cœpta tene quæso, nec in æquore desere navem,
Meque *simul serva*, judiciumque *tuum.*

Nullum nec *opem*, nec gratiæ, nec *dignitatis* fructum, vel uberiorem ad usum, vel ampliorem *laude* posse existere, quam *is* est, qui in bonarum artium transfertur & collocatur commoditatem.

Sum enim imparatus, neque *consilii* locum habeo, neque *auxilii* copiam, ut ait *Terentianus* ille *Pamphilus*; nec satis compertum habeo, quod remedium huic malo inveniam.——

Quum sis apud Deum in precatiunculis, mei ut frequenter memineris precor——

48. *Petendi responsionem.*

TU igitur, non solum crebris literis (quod mihi quidem gratissimum erit) me exerceas velim, sed etiam quicquid erit peto abs te, ut diligenter ad *me* scribas.

—— Amoris in me tui non extincti quidem, sed tepidioris suspitionem, infrequentiores tuæ literæ faciunt——

—Si quid novi advectum est uspiam, onera & hunc hominem sarcina, & me beneficio——

— Non gravaberis hoc velut auctarium tuis addere in nos officiis, & alioqui maximis—— *Erasm.*—Sitio enim audire.

Literas tu semper spondes, nihilq; respondes— Præposteros habes tabellarios, cum à *me* discedunt, flagitant literas, cum ad *me* veniunt, nullas adferunt.

Arripio quidem *ego* quamlibet, vel tantillam scribendi ansam, tametsi de nugis; *tu* oblatum à *me* tibi rescribendi argumentum, negligere videris——

—*Vale*, & me ama aliqua saltem lineola——

49. *Precandi* { *bene*, *male*.

QUod utrique *noſtrum* fauſtum ſit, ac felix (*vir* ornatiſſime!) *tu* in ſupremum honoris apicem, nuper merito evectus tuo, *ego* à periculoſo nuper morbo liberatus, *tibi* mihique, læta precari omnia debeo.—

Tot fortunati ſine morbo ſint tibi menſes.
Tempore quot *verno*, *parturit* Hybla *favos*.

—Precamur *vobis* quicquid nobis liberiſque noſtris hactenus precati ſumus; & quod omnium eſt primum, ut in poſterum florentes & beati ſimus, ut incolumes—

Vobis fauſta omnia precamur, ſalva tecta, ſalvos focos, ſalva juta, atque auſpicia omnia— incolumem Rempubl. incolumem *Senatum*, incolumem auguſtam illam Majeſtatem, *cui* nihil ſimile aut ſecundum. *Heinſ. orat.* 4.

Male. Sit tibi cum tuis technis ac mendaciis, non enim libet dicere *vale*.

Non prius incurras duri contagia morbi
Quam ſeſe immiti copulet agna *lupo*.

—— Deus O. M. hoſtes *ſui* nominis ac noſtri, peſſimis imminutos *infortuniis* fractos atque obtritos, à fortunis noſtris ac cervicibus avertat—

Chriſtum mihi iratum imprecor, ſi quid affecto quod Chriſto diſplicere ſciam—

Quo vos fata vocant, ſeu quo vos fata vocabunt
Sint ſemper vobis proſpera fata precor.

—Mutuis quæſo apud Deum precibus nos adjuvemus invicem—

—Omnia tua ſtudia Deus ſecundet, & ſœcundet cœlitus—Quod eſt votum devoti tui—

Tibi eunti ac redeunti *Salus* ſit comes.

Jeho-

Jehovah Eloeim, εὐδαιμονίαν καὶ εὐτυχίαν, te, tua, tuosque coronet semper ——

Faxit D. O. M. ut gaudeat de *his* longumque gaudeat, ringantur licet, & rumpantur *illis* ilia, qui——

Faxit *Deus* ut emergas tandem ex pauperrima illa (quacum luctaris) conditione——ut augeatur tibi curta supellex——

Sint tibi tot nummi, tot opes, aurique talenta
Poma quot Alcinoi *nobilis hortus alit.*

Læta quidem satis principia, sed quid longa dies vehit, non perinde constat; omnia dein prospera voturus sum.

——Ac pro *me* fac quæso *Deum* preceris, ut quicquid id est vitæ quod supereſt mihi jam, *bene* sit potius quam *diu*: nam quo modo *fabula*, sic *vita*, non quam *longa*, sed quam *bona* & bene acta ——

Lyceo tuo, Oratorium genium, summamque Græci pariter ac Romani labii dexteritatem opto ——

Ego *tibi* pariter fausta omnia comprecatus, operam meam atque opem prolixie defero—— *Dominus* tua cœpta secundet.

——*adsit modo dexter* Apollo.
Aspirent votis, *prospera fata tuis.*
Devorer ante precor subito telluris hiatu,
Et rutilo missi fulminis igne cremer,
Quam——
Nam caput à nostra citius cervice recedat,
Et patiar fossis lumen abire genis——
Sed mihi, *vel tellus optem prius ima dehiscat,*
Aut Pater *omnipotens adigat* me *fulmine ad umbras,*
Pallentes umbras Erebi *noctemque profundam*
Ante——*quam*——
——Salutem integram, fortunam prosperam, amicos

amicos fideles, &c. & quæcunque demum *hominũ* aut *Cæsarũ* vota sunt, *tibi* voveo omnia ——

Prospera sic vobis *maneat fortuna, nec unquam*
Contactu simili forte roget ũ idem.

Vivas interim diutissime ut jam vivis in terris beatus, &c.

Ὅλλυ δ' ἀγαθοῖσι διαμπερές.

Vid. *Valedicend.*

50. *Purgandi.*

ALiquid à *me* ejusmodi, vel per somnium quidem cogitatum fuisse constantissime nego ——

Quis autem omnibus horis sapuit unquam?

Sed vide calamum defensorem! quid in amiculum tui studiosissimum nunc miserrimum, conviciaris?

—Me mea non remordet conscientia: dissidii *causa* nolim esse, cavebo pro virili ne sim *occasio*—*Erasm.*——

Veritas *laborare* potest, vinci non potest: novi prudentiam tuam, quæ non facile pronunciet in malam partem ——

—Non possum non ingenue fateri quod vero verius est, me ——

—Dispeream ni mori malim, quam hominem ex me pendentem destituere ——

Tibi persuadeas velim, nihil esse uno me *tui* vel amantius unquam, vel tibi devotius ——

Quare cum Themistocle, obliviscendi artem hac in te discere cupio ——

Omnibus ego occasionibus, quo animi mei sinceritas indies tibi fiat exploratior invigilabo.

Nihil est quin male narrando possit depravari ——sed num *hoc* læsi numinis piaculum fore putas? certe ——

—Cujus tu fidem in *pecunia* perſpexeris, verere *verba* ei credere? ubi, quid lucri eſt mihi Te fallere? *Terent.* Phorm. Act. 1. Scen. 2.

Dolere *mihi*, quod in animum *tuum* inciderit ea *ſuſpitio* de ſua in *illum* fidelitate, voluntate; cum *tu* amicitiam illius, ſemper inter præcipua tua *bona* numeraris.

Quis enim neſciat perinde ac *umbræ* corporibus ſuis non raro ſunt longiores; ita opiniones & rumores *vulgi* potiſſimum, à veritate magis remotas. Invaluit enim———

—Ego vero qui *me* hactenus prætulerim nemini, omnes mihi, tantum à calumniis aliorum, quas juventus noſtra vix interdum deprecatur, abeſſe exiſtimo, quantum ab eruditione abſum ac ſcientia——*Heinſ.*

Ut in magna temulentorum hominum turba, vir ſapiens ſi obambulet, riſum inter eos merebitur, *illorum* vitio, non ſuo: ita hac ætate non facile eſt tranquillitatem ſimul invenire, & plauſum———

—Propterea finem facias *tuis* calumniis neque pergas *me* fraudulentum & impoſtorem dicere. *Nemo* eſt omnium qui non fateatur *me* hominem apertum ſine fuco, & extra omnem *doli* ſuſpicionem———

—*Quod* ſi probaveris, digniſſimus cenſeri velim, *cujus* in exitium, & mortem, non una paretur ſimia, non ſerpens unus, non culeus unus; & quicquid ab ingenioſis, ad hominum tormenta & miſerias, *tyrannis* unquam repertum eſt.

———Sed *me*, ſi hujuſmodi quippiam perpetravero, *Perilli* tauro, & *Buſiridis* ara digniſſimum eſſe non diffitear.

——Tuæ tam acerbæ inclamationes, cordicitus *me* non ſolum non pupugerunt, ſed ne in cuti quidem titillavere.

—Parce

—Parce quæso furori, tantisper dum rei veritas innotescat tibi clarius: Demum si talem me reperias, qualem suspicaris, interficias—

Æmilius ut peccet plectatur *Rutilius*———

—Nemo tam dura fronte est, ut dicat; nemo tam levi cerebro ut credat dicenti—sunt vero, sunt aliqua fateor, quæ nec ipse velim, nec valeam defendere———

—Nec usque adeo sum excors ut———

—Quod si pectus meum fenestratum esset (quod *Momus* olim in homine exoptavit) cerneres, tum cerneres fixam in *te* meam, non fictam fidem—

———Neque *te* habere quippiam existimo, quod afferas, nisi fortasse imperita multitudine *me* comprimere coneris; *cujus* opinionem & linguam *Plato* & *Seneca* noster à veritate tantum distare scripserunt, quantum ea quæ absunt longissime.

Illi ubique baubantur & deblaterant——— sed ringantur per me quidem & rumpantur invidia———

Sed expertus *es me* in rebus aliis, Num unquam aliquid *me* tum *hallucinari*, aut claudicare comperuisti?

Ex amica profecto voluntate, fuit illud——

Vos equidem credar; sed cum sint præmia falsi
Nulla, ratam debet testis habere fidem—

Trist. *lib.* 3. *eleg.* 10.

Sanguinem autem illi prius expresseris quam fraudem———

Sed non desunt, qui *invident* mihi amicitiæ tuæ *lucem*, solem———& umbras igitur interponunt———

—Sed imprudentia feci, & temeritate—

Cœlos terramque testor, si ego non—

Vid. *Excusandi.*

SEd quidem pœnitet *me* jam ſerio facti, & daturus ſum operam, ut reipſa quamprimum ſentias, quemadmodum erga *te* affectus jam ſim———

Denique facies ſi videbitur totius hujus pectoris *ἀνατομὴν*, quo certius de me judices.

—Ne aliorſum trahantur quæ ſcripſi in ſequiorem ſenſum———

———Nec ſum uſque adeo oris duri ut negarem———

———*Erratum fateor, veniæ ſit copia faſſo.*

——— Quod *me* quidem animi ſuſpenſum ita reddidit, ut quotieſcunque rei hujus in mentem venit (venit autem per ſingulas horarum minutias) *mihi* vix ipſe temperarem quin vitæ longioris pertæſus, novum aliquod & inauditum *mortis* genus miſero *mihi* comminiſcar, *qua poſsim inviſam quamprimum abrumpere lucem:* feciſſemque jam pridem, niſi ferreum hunc animi *tui* rigorem, humaniſſimis verbis ſenſum excuti poſſe, *mihi* perſuaſiſſem.

Una eademque manus vulnus opemque tulit.

Chriſti nomine mihi ignoſcas oro (qui plura noſtra de cauſa perpeſſus eſt, licet nos ob levem quamlibet injuriolam cœlum terræ miſceamus, mariaque turbemus ab imo———) Nunquam me poſthac ita in Deum, nunquam ita in Te peccaturum ſpondeo.

MAgnus amoris magnes amor; magnes ferrum, amor tuus me———

Robur autem & æs *triplex* circa pectus meum fuisse arbitreris, si *te* me amantem non redamarem, & salutantem non resalutarem———

N. N. tuam salutem alacriter accepit, & suam amanter remittit———

Quam mihi misisti verbis Dilecte *salutem.*
Vt possim missam rebus *habere* veni.
Malim qui det salutem, quam qui dicat.

53. *Salutandi.*

IN digressu petieras à nobis, ut disjuncti mutuis epistolis colloqueremur, prior itaque te saluto & lacesso———

Opto parenti tuo optimo, id quod est optimum———

Scito me ex animo tuum esse, cui si nihil scribes, non refert modo ames, vel redames potius———

Qui tibi quam mallet præsens afferre salutem,
Mittit ab———
tibi mitto salutem
Mittere rem si quis qua caret ipse, potest.
Tot vero mille salutes, quot in myriade monades,
impertit Tuissimus———
Hæc tibi non unam *portantia verba salutem*
Mitto———

FAmiliares tuos omnes nominatim, meis salvere verbis jubebis———

Amicus tuus *T. B. officioſe* te jubet ſuos *nomine* ſalutari.

Congerro quondam tuus *L. H.* nihil non optat *tibi* fauſtum & lætum.

G. P. optat tibi *ſalutem* veram, & ſolidam.

Contubernalis quondam *tuus C. S.* proſperrime *tibi* evenire precatur omnia———

Vicinus noſter, *familiaris* olim *tuus*, *N. F.* precatur *tibi* omnia, quæ ſibi ipſi.

Jam epiſtolam complicaveram, cum adiret me *frater* tuus, qui *te* plurimum juſſit *Salvere* ſuis verbis.

Salutavi omnes quos literis tuis ſalutandos juſſeras, qui *te* pariter reſalutant———

Salvebis à condiſcipulo noſtro. *T. C.* adoleſcente *mihi* ſumme dilecto, & *tui* prorſus obſervantiſſimo.

55. *Salutandi per alium.*

DElaſſatus ſum *ſtudiis*, & ſcribendis epiſtolis, quare *te rogo*, ut apud *N. V.* noſtrum, præclarum *virum*, mihi ſis *Epiſtolæ* vice, donec dabitur *otii* pauxillum———

L. M. Conterraneo tuo, meis verbis ſalutem dices, reliquiſque familiaribus nominatim——

Saluta omnes qui de me percontabuntur——

Salutabis amicos nominatim omnes, & ſi ipſe nominatim non jubeam———

H. R. meo *nomine* ſalutabis, cui & epiſtolam hanc dabis *legendam*, tanquam ad *eum* quoque ſcriptam.

T. B. ſalutem meis verbis annunciabis———

Dic *me* omnibus omnia precari læta———

Omnes precor, quibuſcum iſthic vixeris, *nominatim*

natim meis verbis *salutares*, seorsim autem humanissimum *virum* A. B. *cui* quidem ob eam *voluntatem*, quam erga *me* declaravit, tantum debere *me* existimo, quantum *ei* presertim, qui me omni *beneficiorum* genere cumulasset.

Vale *vir optime*, ac magnis illis animabus, B. T. N. M. ut *me* commendes peto.——

——Saluta omnes *nostrates*, & integerrimum virum M. D. Cujus *causa* si aliquid possem in Gallia, cum ullo *homine* sentiet, *me*, & amicum, & diligentem.

—Est *Argentinæ*, quidem juvenis T. C. quem *Ego* diu amavi, *saluta* quæso, & complectere *meâ* causa.

Matri *tuæ* quam potes officiosissime ex *me* salutem dicito, ut etiam M. Sororculæ tuæ——

56. *Vituperandi.*

PErstrictæ *frontis* nebulonem, qui facilius sanguinem quam lacrymas effusurus est——

Citius animam *illi* quam gemitum extorqueas——

—Hoc ipsum quod spirat merum est *venenum*, quod loquitur *pestis* est, quod contingit mors est. *Erasm.*

—Impudentes magistellos, infimi subsellii pædagogulos——qui *eructant* dicam an eblaterant, indigestas opusculorum cruditates —non scientiam promovendi studio, quam admirentur omnes, sed puerili quodam *gloriolæ* aucupio quod prudentiores rideant, misereantur——

Vere *Batavus* si quis mortalium alius.

—Et ut *illum* prætereamus, in quo plus semper admirationis quam utilitatis; plus famæ quam experientiæ fuit; quem opinione *vulgi* ali-

quandiu *magnum*, reapſe comperimus fuiſſe nullum, minimum.

——Senecta liberantur, malo haud dubie, aliorum vitæ incommodorum multo omnium moleſtiſſimo, in quam non aliter quam in ſentinam, univerſæ ætatum aliarum ſordes & excrementa defluunt, ut veriſſime *eam* vitæ fæces vappamque dixeris ——

Quibus audiendi quæ fecerint pudor eſt, nullus faciendi quæ audire erubeſcunt.

vid. *Accuſandi, Criminandi, Conviciandi, Culpandi, Exprobrandi.*——

57. *Valedicendi.*

VOtum ſupereſt meum (*digniſsime vir!*) ut Dominus *Ieſus*, te optatiſſimis *literis*, longiſſimis *annis*, & omnibus *felicitatibus* perpetuo beare dignetur——

Vale delicium non dico meum, quod dico maxime, ſed univerſi literati orbis——

Vale, neque enim aliter nobis videbamur incolumes, niſi te incolumi, quem ego ſic me Deus amet, portionem mei potiorem puto ——

——Nolim hoc ingenium tale tantum, ante diem perire——

Bene te valere & muſis quam chariſſimum, quam dilectiſſimum, deoſculatiſſimum eſſe jubeo——opto te proſperrime valere——

Bene vale amice mellitiſſime.

Vive, & *vale*, ſemper felix, ſemper *meus*; & quem tempus inter *nos* inchoavit amorem, æternitas confignet.

Ne te multis morer——

Vale——*habes animi nuntia verba mei.*

Vale & verborum meorum (ſi ſapis) noli dememineſſe——

Ve-

Veſtrum diu vivat & valeat *uterque*, hominibus gratus, dilectus *Deo*, cujus tutelæ *te* jam reſigno——

Accipe, quo ſemper finitur Epiſtola, verbo
Atque meis diſtent ut tua fata, Vale.

Vale, vir præſtantiſſime, diuque noſtræ, reipublicæ literariæ, & præſis & proſis——

——Amorem qui ut *veſtaliter* ardeat pro me ſpondeo, de *te* (vir humaniſſime!) ſpero——

Accipe, ſupremo diſtum mihi forſitan ore
Quod tibi *qui mittit non habet ipſe*, vale.

Dominus Deus bonorum omnium largitor, tuis benedicat ſtudiis, & *Spiritus* ſui Favonio faveat, foveatque——

Apprecatur iſthæc *tibi* qui *te* animitus, oculitusque diligit——*G.N.*——vive, vale——

Jehovah *Tutelaris*, & *Soſpitator* clementiſſimus, ad ſanctiſſimi ſui *nominis* gloriam, *te* diu ſervet in terris incolumem——

Deus Opt. Max. præſtet, ut annis, doctrina, virtute, felicitate, votum & ſpem *mei*, & amicorum *meorum* longe ſuperes.

Dominus ille *Ieſus* promoveat *te* à *bono* in *meliorem*, uſque-dum *optimus* evadas, & extiteris.

——*Cura ut mens ſit ſana in corpore ſano.*

Te *tuoſque* quam feliciſſime, & ſuaviſſime *valere* & ſalvere cupio animitus.

Vive *vir* illuſtriſſime, *amico* dilectiſſime, *vive*, Deo, Regi, Patriæ, *vive* familiæ tuæ, *vive* ſuaviſſimis filiolis tuis, *vive* nobis, pupillis *tuis*, quibus dignitate, & *amore* es *pater*, tutela, *patronus*, auctoritate *propugnator*, ornamentum in *proſperitate*, auxilium in *adverſitate*; *vive* lumen & columen noſtrum, *vive* quam feliciſſime, quam diutiſſime——

——Ad *Deum* Deorum benigniſſimum, benigniſſimorum ſummum, ſummorum maximum,

maximorum rectorem, denique confugio, quem nuſquam non precatum habeo, ut *te* diutiſſime ſervet, tuæque ſaluti pulcre conſulat.

Ultima mandato claudetur Epiſtola *parvo*,

Sit tibi cura mei, *ſit tibi cura* tui ———

D. O. M. Valetudinis largitorem precor, ut *te* diu diuque ſervet incolumem; cujus tutelæ & benedictioni, *te* tuoſque ex animo permitto ———

Vale Muſææ parens patriæ ———

Vale, ac nos tibi jam pridem devinctiſſimos, devinctiores reddito ———

Millies valeto, *animæ* dimidium meæ.

Bene vale. Vale, valeque. Salve perpetuum.

Reliquum eſt, ut ſub *alis* Dei omnipotentis te nunc relinquam.

—Ego *Deum* precabor omnipotentem, ut ſuam cœlitus gratiam tuis ſuperinfundat ſtudiis, ut magis indies magiſque benefaciendo, beneque audiendo inclareſcas; quod apprecatur *tibi* ex animo. ——— *T. B.*

—Pancratica fruare ſaxis valetudine ———

—Te *valere* jubeo & *ſalvere* feliciter ———

—Bene vale mortalium chariſſime, & animæ pluſquam dimidium meæ ———

—Faxit Deus τελεσφόρος ☉ —ut quod ſerio utrique noſtrum precatur ——— *I. B.*

—Sub remigio alarum ſuarum *te* obumbret *Deus* ———

—Subdantur *tibi* æterna brachia; & protectio, parma & clypeus, ſit beneplacitum *Dei* mei inhabitantis rubum ——— *Deut.* 33.

—— Quod non ceſſabit jugi orationis ſacrificio, à *Deo* Opt. Max. efflagitare ——

Sub umbraculo alarum Jehovæ requieſcas.

—In clientelã *te* ſuam recipiat *Dominus*. Vale.

In manu *te* ſua, mane cuſtodiat & veſperi *Iſraëlis* Cuſtos—

—Quod

——— Quod ut n-. B.O.M. bonorum omnium largitori, animitus ſupplico——

—Omnemq; *tibi* beatitudinem precatur B.M.

Vale (mi *chare!*) & ter *maximus* ille, & *optimus*, bonorum omnium *fons*, concedat *tibi* Δυεῖν ἔτ' ὄψεσιν λαμπρὸν φάος ἠλίου.

Cuſtos Iſraëlis te cuſtodiat.

Atque hæc raptiſſime, Vale millies.

Vale longum, jucundiſſime ſodalis.

Salutes tibi *meas*; mille & millies impertio.

Bene valentem, & ad cœleſtia ſemper anhelantem, te ſervet ac provehat Chriſtus——

Belliſſime fac ut valeas——

Te in tutelam Jehovæ jam commendo.

Dominus *Ieſus* te diutiſſime ſervet incolumem, florentem diu——Quod tibi ex animo, aut meo ſiquid majus eſt *animo*, precor—— Ἐξιῶσαι.

Τῷ Θεῷ εὔχομαι μακρῆ σε μακαείσι τε βίωι.

Da operam ut totus valeas, tum corpore, tum animo——

Ἔρρωσο, καὶ ἀγαπῶν με διατέλει, ἐγὼ γὰρ σὲ παύσομαι φιλῶν σε.

Ὁ δὲ πάντων θεὸς ὤν, εἶην διαφυλάττων σε χάριτι αὐτοῦ εἰς τὸν Μεσσῆν τετέλεσμαι.

Te autem ſub umbra *Iehovæ* alarum incolumem jam relinquo conſervandum.

Vid. *Precandi*——

Formulæ Scribendi poſt Vale, *quando per oblivionem aliquid animo exciderit.*

VALE——ſed percommode hoc mihi nunc in mentem venit——

Vale, ſed heus *tu* propemodum *præterieram*, quod *imprimis* dictum oportuit——

Vale, ſed prius *exciderat* negotium, quod non oportuit eſſe prætermiſſum.

Vale,

Vale, sed obsignaturo *epistolam*, illud opportune venit in mentem, quod omissum doleret.

Vale—sed jam obsignaram *epistolam*; cum literas ad *me* duas reddit veredarius; itaque resignavi, ut eadem *opera* binis tuis responderem.

Dum *ista* literis consigno, ecce ——

Subscribendi.

AMantissimus *tui*.

Studiosissimus tuæ prosperitatis.

Observantissimus *tui*.

Tuus animitus.

Toto pectore tuus.

Tuus ex animo, & in Domino.

Oculitus *te* redamans, tuaque.

Tuissimus.

Animo, corde, & corpore tuus.

—Vale ac redama amantissimum tui—*S.B.*

Ego enim testipulor me futurũ denuo amicum

Tui studiosissimum——*B.D.*

Sic ex animo precatur intime tuus——

Amicus tuus Pyladeus.

Tuus, quid plura?

Tuus dum suus.

Aureis amoris catenis tibi adstrictissimus.

Tuissimus, dum minima ex parte suus——

Amiculus tuus, vel potius clientulus addictissimus——

Idem qui pridem.

Herculeis prorsus, & adamantinis *amicitiæ* vinculis tibi adstrictissimus.

Effectus meritis tempus in omne tuus.

Beneficentiam tuam, amore, more, ore, re, semper culturus——

Qui tibi arctissimo Religionis, *affinitatis*, & amicitiæ *vinculo*, quasi clavis *trabalibus*, conjunctissimus est & copulatus——

Tuæ

Tuæ voluntati universam industriam, omnesque spiritus devovens ——

Vestram paternitatem, & dignitates submisse & devote colens ——

Totus tuus in *Eo* cujus totus es tu.

Ὁλος σὸς, τί πλέον;

Ὁ σὸς, ὅσος, ὅλος.

Ὁ σὸς, καὶ δυνάμιν καὶ ἐξ δυνάμιν.

Σὸς, εἰς τὸν αἰῶνα καὶ ἔτι.

Σὸς, ὃν πρεὶ κρεὶ φιλῶ.

Πάσῃ ὑπηρεσίᾳ τε καὶ προθυμίᾳ.

Ad omnia tua imperata paratus.

Dandi.

DEdi *Cantabrigiæ.*

Datæ *Lincolniæ*, pridie Calendas *Augusti.*

Datum *Eboraci*, sexto Nonarum *Quintilis.*

E *Schola* nostra *Lincolniensi* pridie Iduum *Iunii.*

E *Musæo* meo *Cantabrigiæ*, ad *Nonas* Junias, *anno* epochæ *Christianæ*, millesimo, sexcentesimo, vigesimo quarto.

Anno ultimæ *Dei* patientiæ 1627.

Anno ab Incarnato *Christo* 1624.

Anno à mundo per *Christum* redempto 1624.

Scripsi *Lincolniæ* Calendis *Augusti*, anno *Messiæ* Regis æterni, 1622.

Μηνὶ Μαΐῳ, ἔτει ᾳχκδ'.

Ἐκ τῆς Λιγκολνίας δὰ τέρᾳ.

Ἐπὶ δυσὶ δὶ Μεταγενιῶν.

Ἔτει ἀπὸ τ̃ σωτηρίου,

ᾳχκδ'. ᾳχκη'. ᾳχλβ'.

Regulæ

Regulæ ad Dandas *literas an-*
quo Romanorum *more.*

PRincipium *noſtri menſis dixere calendas.*
Calendæ, dicuntur vel à *Colendo*,
Vendicat Auſonias *Iunonis* cura *Calendas.*
Vel ἀπὸ τῦ καλεῖν, à *vocando*; quia in primo *menſis* die, hoc eſt, *Calendis* Pontifex minor *quater* clamavit, aut *toties*, quoties in illo menſe forent *nundinæ.*

Sex Mains Nonas, *October*, *Iulius*, & *Mars.*
Quatuor eſt reliqui——
Nonæ, à non ſacrificando.
Nonarum *tutela* Deo *caret*
——*dabit* Idus *quilibet* octo.
Idus, ab *edendo*; quia dies erant *epularum.*
Idibus *alba* Iovi *grandior agna cadit.*
Aut ab *Iduando*, quia menſem in duas æquales partes dividunt.
Inde dies *reliquos* omnes *die eſſe Calendas.*

Synopſis

Synopsis *Computandi*, per *Calendas*, *Nonas*, *Idus*, juxta antiquum *Romanorum* morem.

1 Calendis			
2 4to	Nonarū, vel ante Nonas.		
3 3io			
4 Pridie			
5 Nonis			
6 8vo	Iduū, vel ante Idus.		
7 7mo			
8 6to			
9 5to			
10 4to			
11 3io			
12 Pridie			
13 Idibus			
14 19no	Calendarum, vel ante Calendas.		
15 18vo			
16 17mo			
17 16to			
18 15to			
19 14to			
20 13io			
21 12mo			
22 11mo			
23 10mo			
24 9no			
25 8vo			
26 7mo			
27 6to			
28 5to			
29 4to			
30 3io			
31 Pridie Calend.			
Dies in	Januario, Augusto, Decembr.		

1 Calendis.			
2 6to	Nonarum, vel ante Nonas		
3 5to			
4 4to			
5 3io			
6 Pridie			
7 Nonis			
8 8vo	Iduū, vel ante Idus.		
9 7mo			
10 6to			
11 5to			
12 4to			
13 3io			
14 Pridie			
15 Idibus			
16 17mo	Calendarum, vel ante Calendas.		
17 16to			
18 15to			
19 14to			
20 13io			
21 12mo			
22 11mo			
23 10mo			
24 9no			
25 8vo			
26 7mo			
27 6to			
28 5to			
29 4to			
30 3io			
31 Pridie Calend.			
Dies in	Martio, Maio, Julio, Octobr.		

1 Calendis.			
2 4to	Nonarū, vel ante Nonas.		
3 3io			
4 Pridie			
5 Nonis			
6 8vo	Iduū, vel ante Idus.		
7 7mo			
8 6to			
9 5to			
10 4to			
11 3io			
12 Pridie			
13 Idibus			
14 18vo	Calendarum, vel ante Calendas.		
15 17mo			
16 16to			
17 15to			
18 14to			
19 13io			
20 12mo			
21 11mo			
22 10mo			
23 9no			
24 8vo			
25 7mo			
26 6to			
27 5to			
28 4to			
29 3io			
30 Pridie Calend.			
Dies in	Aprili, Junio, Septembr. Novembr.		

Triginta Aprilis, *Junius*, Septemque, Novemque.
Uno *plus* reliqui; *viginti* Februus *octo*.

Inſcriptionum Formulæ.

AMico *meo* perantiquo———
Domino, atque amico meo æternum colendo———

Ad Collegam *ſuum* peramandum, P.B.

Eruditione, virtute, & *moribus*, excellenti viro T.B.

Moderatori *Scholæ* in *H.* præceptori ſuo chariſſimo, & unice colendo———

Vigilantiſſimo pulcræ prolis cuſtodi.

Præcharo ſuo, & præclaro———

Ad Literarum ſtudioſos.

LIberali indole, & maxima ſpe adoleſcenti *A. H.* liberalium Diſciplinarum cum primis ſtudioſo———

Ad Sodales.

GEneroſis, Literarumque candidatis Adoleſcentibus, N.P.& H. ſodalibus ſuis jucundiſſimis, & ſumme dilectis———

Præcharo ſuo L.M. d.

PRAXIS

PRAXIS EPISTOLARIS

in ſtatu *Cauſarum* triplici.

víz.

Demonſtrativo,
Deliberativo, & Iudiciali.

1. In *Demonſtrativo*, proponimus (en!) tibi Epiſtolam *narrantem* de { Rebus *novis.* / Studiis. / *Valetudine.* }

Ubi *figuræ*, quas vides, *marginales*, locum *Formularum*, unde deſumptæ ſint ſingulæ, *paginatim*, indicant.

Salutem cœlitus.

Amice perdilecte!

PRonis *te* ſcio, atque arrectis auribus, *novarum* aliquid, à *me*, rerum expetere indies, & expectare. Certe totus nunc qua patet orbis, *Africa* quædam eſt, & *aliquid ſemper apportat novi*: Videó paſſim, audio paſſim ſummos pariter atque infimos, horrendas rerum mutationes perſentiſcere. Facies *Cœlorum* tota, minax eſt & iracunda. Conjunctiones, & aſpectus *planetares*, Eclipſes, Cometæ, prodigia, portendunt magnas *nobis*, & malignas temporum tempeſtates capitibus imminere. Qui apud *nos* degunt multis miſeriis & calamitatibus obruuntur; & niſi *Deus* immortalis, res noſtras clementius intueatur, P. 116.

tueatur, & custodiat, periculum est ne iniquissime nobiscum agat *fortuna*. Videmus jam diu, tristissima rerum præludia, *tragicos* circumcirca apparatus; *Catastrophen* det *Deus* lætiorem.

Studiorum rationem, quam cum *tu* hic eras, instituebam, eandem sequor; *literis* græcis & latinis, quantum possum, operam impendo.

Tantum in *his* laboris exantlatum est, ut parum abfuerit quin meipsum enecarim; ut *me* aliquando, *Cratippum* nostrum *Athenis* hic prælegentem, *suis*, (annum jam audientem) præceptis *Grammaticæ*, institutisque *philosophiæ*, abundare videas.

Si perconteris, ut valeat tuus *R. C.* actum est de *ejus* vita, & conclamatum; est cadaver vivens, jam numeratus est in peculio *Proserpinæ*, & naulum *Charonti* parat.

De *meipso* si aliquid scire vis, *Ego* à tuo discessu, optima valetudine, *Dei*, Opt. Max. beneficio, semper usus sum. Bellue se habent *nostrates* etiam omnes.

Ad *Deum*, Deorum benignissimum, benignissimorum summum, summorum maximum, maximorum rectorem denique, confugio, quem nusquam non precatum habeo, ut *te* diutissime servet, tuæque saluti pulcre consulat. Hæc *tibi*, ex animo apprecatur.

Lincolniæ Calend. Martii 1643.

Amantissimus tui G. W.

2do In *Deliberativo* genere exhibemus (ecce !) *tibi* Exemplar Epistolæ *Suasoriæ*—sic.

Basilicam tibi valetudinem.

Amice medullitus
paramande !

QUi parum feliciter navigarunt *ipsi*, solent aliis non infeliciter cavere, ne veniant in periculum, aut cymbam scopulis allidant suam : sic & Ego, *tibi* sollicitus sum, qui ipsemet (rubore fateor suffusus) nimiam ætatis meæ partem, ludo contriverim, bonas horas male collocaverim, universum fere patrimonium luxu decoxerim, latrunculis, & alea prodegerim, ne & *tu* similiter (*animæ* dimidium *meæ*) sireniis voluptatum illecebris incantatus, in ignaviæ, ignorantiæ, infamiæ, vitiorumque fædissimorum voraginem, ingurgiteris. Quare, si *me* audis, fuge consorria ganeonum, nepotum, atque otiosorum omnium; abduc te à juvenilibus voluptatibus, & veris virtutum dotibus temet instruito. Nunc *ætas* est omnium laborum patiens, *ea* est rebus honestis exercenda; quod datur vacui temporis, *hoc* ingenuis artibus fideliter ediscendis, & probatissimis autoribus evolvendis, gnavus impendito.

Agricola, si non impresserit cultrum, si sulcũ non desoderit, si non exciderit sentes, si gramina non evulserit, si in tuto semina non locarit, *sibi* mentitur, non *terræ*, nec terræ facit damnum, sed *sibi* non facit fructum; & ita se vacuat, ita decipit, impugnat ita, qui *terræ*, manu fallaci mentitur. *Tu* similiter quam *tu* sperabis honorum, scientiæ, aut literariæ legetis *messem*, si parcam & tenuem nimis feceris laborum sementem ?

Velit

Velit ne *miles* triumphum? Certe, ei vincendum est. Gestit coronam gestare? certandum est. Næ præclarus *ille* certator, qui sine sudore putat coronari! Delicati sunt valde, qui *aurum* litium, nec tamen effodere; qui *portum* exoptant nec tamen volunt enatare.

Tu, beneficio Dei, nunc habes adolescentiam florentissimam, *ver* ætatis illibatum; molles *tibi* jam sunt articuli, rubicundæ genæ, flos juventutis, spes annorum longa, spiritus integri, mens vegeta, corpus solidum & succi plenum; cur igitur *animus* tuus velut mare concitatum in undas decumanas fluctuatim non æstuat, & assurgit; Cur *velis* affectuum expansis, quasi œstro quodam divino percitus, ad *insulas* literarum *fortunatas*, non promovetur?

Noli *tu* quæso spem, quam de *te* bonam, *nostrates* passim omnes conceperunt hactenus, frustrari; est enim *tibi* gravis adversaria, constituta, & parata, incredibilis quædam *Exspectatio*. Quamobrem, si *me* amas, quantum profecto amas, si dormis expergiscere, si stas ingredere, si ingredere, si ingrederis curre, si curris advola; *hoc* sit negotium tuum, *hoc* otium, hic labor, hæc quies, in *his* vigilia, in *his* somnus etiam reponatur tuus. Fac ita vivas, ita studeas, ut seculum hoc, *te* frustra fuisse natum non existimet. *Nil dubites autore bono.*

Dominus *Deus*, bonorum omnium largitor, tuis benedicat studiis, & *Spiritus* sui *Favonio* faveat, foveatque.

Dat. Eboraci.
sexto Nonar.
Quintilis.
1649.

Tuus dum suus.
N. N.

In

In ſtatu cauſarum Judiciali en tibi literas *Criminatorias*.

Μετάνοιαν ὀφαγὸ πέμπτην.

O quondam
Dilecte mihi!

VErbis nullis dici nulla, exprimi oratione poteſt, quantum *Ego* tua de *gratia* (imo *nequitia*) ex nuperrime allato *famæ* nuncio, indoluerim. O quanta quamque acuta doloris cuſpide pectus meum tunc perfoſſum fuiſſe exiſtimas! O quanta ira ſiccum jecur arſiſſe opinaris, cum inaudieram, *te* tam indigne, tam barbare, *matrem* tractaſſe *tuam*? *matrem* inquam, *tuam*, indulgentiſſimam olim illam *matrem* tuam, ſenio jam confectam & inedia; cujus omnem ſupellectilem, veſtes & victum, vorax illud incendium nudiuſtertius abſorpſerat. Quam *tu* nullo neque *lecto*, neque *tecto* tuo, nedum tantillulo panis unius fruſtulo paſcere, vel excipere dignatus fueris; imo vero caninis faucibus allatrare, convitiis operare, non erubueris.

Vidiſſes ex hoc tam triſti *nuncio*, (& O ſi vidiſſes!) excuſſos oculis *meis* lacrymarum rivulos ubertim erumpere, adeo ut *jam* (ecce!) non tam atramento, quam lacrymis, quam ſanguine, ſcribere *hæc* videtur, & deſtillare calamus.

Siccine *te* degenerem! humanos exuiſſe induiſſe ferinos mores! *Natus es è ſcopulis*—— eſt tibi filiceum pectus. O barbarum facinus! O feriorem hominem, quam humanam olim *Androdus* ferâ invenerat! *ſed crimine ab uno Diſce omnia*.

Quænam ſcelerum ſpecies reperiri queat qua *te* non inquinaveris? Facis te publicam & communem *vulgi* fabulam. Ut enim fileam linguam tuam effrænam, effrontem improbitatem, delectationem, odium, rapinam, fraudes, impoſturam, mendacia, furta, & adulteria—Noſti *tu* quas turbas.

bas, intet pocula tua, altera feciſti nocte, *homicidii* illic perpetrari *te* reum eſſe prædicant. Bis antehac *te* ad judicum ſubſellia tractum, extrema ſtetiſſe fortuna audio—Sed *omne in præcipiti vitium ſtat. Num quis Peccandi finem poſuit ſibi quando recepit Ejectum ſemel attrita de fronte pudorem? Quiſnam hominum, quem* tu *contentũ videris uno Flagitio?*

Juvenal. Sat. 11.

Sed *omnia* dicimus, ſi *ingratum* dicimus: & quis *te* non *ingratæ* modo, ſed *barbaræ* mentis juvenem merito dicat tuo? O perditiſſimum adoleſcentẽ!—Nihil ſane jam cõqueror quod *mei* dememineris, quem chariſſime tuæ *parentis*, tam cœpit oblivio.

Sed quoniam in nequitia tua ita occalluiſti, ut lapideam magis, quam humanam videaris, effigiẽ indutus; pluribus te urgere aculeis deſino. Vive ut lubet egeris ut volueris--*profundas*, perdas *pereas, nihil attinet ad me.*--Neq; tu mirare deinceps.

Horat. *Si nemo præſtet quem non mereare amorem.*

Teſtor *te* omnium cogitationem inſpectorem, omnium ſcelerum ultorem *Deum!* ſi lampas illa tua cœleſtis *Sol*, unquam conſpexerit: ſi *terra* tua, alma rerum parens, hominem unquam humanitate deſtitutum, in utero prius ſuo geſtaverit; imo monſtrum, portentum, ſpecie tenus hominem, ſpurciſſimis autem moribus porco & *Cerbero* ſimiliorem.

Qua miror fronte *Cælum* potes ſuſcipere? quo *me*, & amicos alios tuos, compellabis ore? quo pœnitudinis lixivio, haſce *animæ maculas* elues, imo *peſtes* potius expugnabis? quibus oculis, quo lacrymarum oceano deflebitis.

Dei flagitioſam tuam vitam corrigat, & in viam virtutis, & ſalutis, *te* reducat, qui *ſolus* poteſt.

Ludæ, 7mo. Iduum *Ian.* 1650.

Olim tuus W. M.

Synta-

Syntaxis *Elegantiæ.*
Seu de compoſitione vel collocatione Verborum Oratoria.

Ut elegantiorem Latinæ Orationis aſſequamur Syntaxin, cum generalia *quædam, tum etiam* ſpecialia *præcepta, prælibanda ſunt.*

Præceptum I. *gener.*

SI in *ſublimi* ſtylo aliquid ſcribendum fuerit, adhibendi ſunt pedes *longis* conſtantes ſyllabis; ut, *Ad ejus non ſalutem modo extinguendam, ſed etiam gloriam per tales viros infringendam.*

2. Si in *ſtylo* humili; *breves* plurimum *pedes* intexendi; ut *Siciliam adii* Veſtis enim deberet corpori rerum adaptari, *Lipſ.*

3. *Monoſyllaba* plura, male continuantur, & *Polyſyllaba* male etiam condenſantur; *longorum* autem & *brevium* verborum commutatio eſt laudabilis; ut, *Quod precatus ſum à Diis immortalibus*——

4. In principio, & *fine* periodi, commendantur dictiones *polyſyllabæ* (mediæ ſententiæ minor ineunda ratio;) ut, *Libertatem, jucundiſſimam fateretur.* 1. In *fine* optimæ ſonat *Ditrochæus;* ut, *Cantilena, liberatus, perditorum.* 2. *Sic etiam* Principium, medium ac finem tibi *Dochimus* ornat; ut, *reipublicæ* 3. *Iambus* autem & *Di-Iambus* apprimem ferunt auribus ſuavitatem; ut, *Omnes quotquot ſumus, profectum in ſtudiis gratulamur tuum. Mira guſtatur dulcedo in ſtudiis, mira præbetur ex illis amœnitas.*

5. Judicium *aurium* nullo modo *hic* eſt negligendum, ideoque ſex, ſeptemve *periodos* abſ te compoſitas, *ſemel* atq; *iterũ* clare recita, ſic enim experiri

experiri poteris *orationem* tuam *numerosam* esse; vel hiantem, & *asperam* deprehendas *

* Contextus *orationis* serio formetur, uno quodam habitu, & æquabili sermonis filo. *Lip.*

6. Fugiendus est creber *earundem* literarum *concursus*, & ne *hiulca* sit oratio, priorem à *vocali* terminatam, insequens dictio à *consonanti* inchoans, excipiat; aut *contra*, à consonanti clausam, *aperiat* dictio incipiens à *vocali*, vel consonanti *ejusdem* organi; ut *cum* insuaviter *desinentium* κακοφωνία declinetur, vel *aliarum* interpositione, vel *ipsarum* commutatione inter *se*, verbi gratia, dicatur

à nobis { *potius* { *Clarorum consilia virorum.* / Illustrium virorum acta, } / *quam* { *Clarorum virorum consilia.* / Illustrium acta virorum. }

Specialia præcepta hæc sunt.

Reg. 1. Adjectivi *substantivis* præponi debent, & *vox* una, vel plures intertexendæ; maxime *genitivus* posterioris substantivi; ut, *Hæc est vera justitiæ laus. Magnum profecto laborem Cæsar assumpsit, quem ferme ab ipsis, ad nos veniisse, Gadibus aiunt ut hostes suæ quidem majestati rebelles, nostris autem supra modum rebus infestos, armis subigeret: quam ob causam, perpetuum illi amorem, & gratiam debemus immortalem.*

Sic *Relativum* eleganter præponitur *Nomini*, & Verbo suo: *Quem cum isto sermonem habueris, procul stans accepi.*

Exc. 1. Sed trajectio *Pronominis*, & Substantivi hic frequens est; ut, *Gravi teste privatus sum, amoris summi erga te mei.*

2. Nomina negantia; ut, *Nemo*, *Nullus*, & *Omnis*, substantivis venuste postponuntur; ut, *Qui vitiis careat invenimus neminem. Quæ peragenda dedisti, perfeci omnia.*

Reg. 2.

Reg. 2. *Obliqui* casus, orationem eleganter inchoant, *Verba* claudunt periodos elegantissime, (nisi lex numeri * aliud fortassis aliquando suadeat:) ut, *Doctrinæ radicem esse amaram, omnes nimis experimur; sed dulcissimos ejus postmodo fructus degustamus.*

* *Hyperbaton* enim diligenter cavenda est, nam obscuritatem parit.

Sic participia & *gerundia*, nec non *comparativi*, venuste claudunt orationem: ut, *Diu sum equidem reluctatus. Tua societate nihil gratius. Laborum fructus est longe maximus.*

Reg. 3. Post *Superlativum*, eleganter ponitur *comparativus* ejusdem nominis, qui significatum *Superlativi* quodammodo superare videatur: ut, *Cum multi doctrinam per se libentissime desiderant, tum hoc libentius, quod honores habeat concomitantes.*

Reg. 4. Persona *agens* patienti, proxime præponenda est: ut, *Magnam Cæsar Pompeio injuriā fecit.*

Reg. 5. Adverbia, & *Præpositiones* ubivis cum casibus, quos regunt, locari possunt, ubi sonent *jucundissime*; sed elegantiores *Participii* sui, aut *Verbi* sunt anteambulones: ut, *Debitam pro contemptu suis hostibus, diuque dilatam severitatem, Cæsar tandem exhibuit, sed clementissime mitigavit.*

Reg. 6. Pronominibus *qui, quæ, quid*, eleganter præfigitur *Ec*: ut, *Ecquis adeo ut tu ignavus? Ecquisnam me velit?*

Reg. 7. Pro *tam diu* vel *donec*, eleganter ponitur *tantisper*: ut, *Ego te amicum dici meum tantisper volo, dum quod te dignum est, facis.*

Reg. 8. Voculæ *antequam, priusquam, postquam* eleganter dividuntur: ut, *Omnia prius verbis experiri, quam armis sapientem docet.*

Reg. 9. Particula *vel*, venuste additur *superlativis*, & verbis pro *Etiam*: ut, *Nobis potior ratio honeste vivendi, quam vel optime dicendi videretur.*

Reg. 10. Uni *substantivo* duo Epitheta; & uni *Epitheto* duo substantiva, pulcre subjunguntur,

per *tum* vel *& geminatum*; ut, *Cæsar tum fortis, tum prudens, immensis & laboribus & impendiis, Romam tum strenue defendit, tum prudenter gubernavit.*

Reg. 11. Quod ad *Numerum*, in singulis *Thematum*, & *Declamationum*, &c. partibus spectat *Oratorium*, hanc infra tabellam infigamus animo; quod, *viz.*

Pedes adhiberi debent in
- Exordio, Propositione } longiores.
- Confirmatione, si fit acris vehementiori } celeres.
- Confutatione, & Conclusione denique graviori } longiores.

Reg. 12. Quod ad *Ordinem* spectat,

1. In *Augendo*, Majora *Minoribus* sunt postponenda: ut, *Civem Romanum vincere, verberari, in crucem tollere*——Ego *faces jam accensas ad hujus urbis excidium comprehendi, protuli, extraxi.*

2. In *Minuendo*, Minora *Majoribus* sunt postponenda: ut, *Nulla crux ibi fuit, nulla nex, nulla verberatio, imo ne custodia quidem.*

3. Quod *dignius* est, vel *natura* prius, præponi debet: ut, *Viros*, dicendum est, *ac fœminas*; *Diem noctemque*; *Ortum & occasum solis*: (in pedestri scilicet oratione, non contra:) *Poëtæ* enim *exlegi* sunt, nec se patiuntur septis *oratoriis* incarcerari.

Reg. 13. Abesto procul odium *similitudinis* parituræ *nauseam*; itaque *pes* idem, sæpius non *ducat*, claudat-ve *sententiam*; variandæ periodorum *clausulæ*, ut auditorum *auribus*, nostra magis *sapiat* oratio——

Vide plura apud *Alstedium* Encyclopæd. lib. 22. Grammat. *Latin.* cap. 19. in Syntaxi *Elegantiæ*, pagg. 438, 439, 440.

Coron

Coronidis loco.

UT celeberrimi Mri *Thomæ Farnabii* aureis * plane *Vos* alloquar verbis: *Præceptis his, si felicis ingenii vestri (optimi Iuvenes!) facultatem excolere, si habitum, & disertam dicendi facilitatem usu acquirere non pigebit: ibunt indolis vestræ flores* (quos *naturæ* produxit *tellus*, *artis* formavit *sol*, *exercitationis* educat *imber*) in *eloquentiæ* & prudentiæ *fructus*. Summus ille *Naturæ* parens *fructus* hosce, quorum ipse sparsit *semina*, ita benigno *foveat* numine, ita *radiis* suis illustret, *animetque* æternus Justitiæ & Sapientiæ Sol, ita *gratiæ* suæ *aura* mulceat, *imbre* riget Sacro-sanctus Favonius; ut *canescentes* illi indies ad *maturitatem* in animis vestris, *Vos* ipsos ad consummatissimæ *Virtutis* arcem evehant; ad fastigatissimi *Honoris* apicem promoveant; in *Reipubl.* emolumentum, divini *nominis* gloriam, vestram *salutem* æternam. *Amen.*

* Indic. Rhetor. pag. 41.

Tri-Uni Deo Gloria.

FINIS

FORMULARUM.

MANU-DUCTIO
AD
ARTEM
CARMINIFICAM:
SEU
Dux Poeticus.

Una cum

Praxi, in aliquot Poëmatiolis.

Lectori. Σὺ ποίει.

ENtibi (Philo-Muſe, Μουσοφίλατε!) Ducem *Poeticum, vel, ſi mage velis,* Comitem; *qui ſi facundior aliquantillum foret, pro* vehiculo *tibi eſſet in via,* Helicona *verſus profecturo. Suæ nunc vero conſcius indignitatis, (titivilitium utpote merum!)* Nec equeſtri *gradu nobilitandæ,* pedes *ipſe inter gregarios è Muſarum caſtris milites,* ſcire *te doctens, & exercere peditum arma; imo* pedum *potius uſum quam manuum, (nec tamen dedecoroſa tam divini ſtudii fuga)* pedeſtri *itinere* comitabitur, *ſi ipſius tandem opera, Apollinis arcem* Heroice *expugnare poteris. Quod ſi* tu *illius aliquantiſper præceptis aſſueveris,* tyruncule, *victoriam reportabis, at incruentam; eo fortaſsis gratiorem, faciliorem ſcio. Tu interim* illius *faveas quæſo ſtudiis, ſuam* aliis *palmam non præcepturi, faxiſque candidus,* hanc *noſtram, humi repentem, imbellem, talem qualem* ———

Inter victrices, hederam, *tibi*
ſerpere lauros.

Tuus in Chriſto Jeſu,

Joannes Clark.

Dux Poeticus.

PUer, qui carmina, *Phœbi* tandem lauro digna, cupit componere, *artem Poëticam* scire *debet*, & exercere.

1. Scire. 1. *Scire* quid requiritur ad *Carmen* in genere & in specie. Quod ad *Carmen* spectat in *genere*.

In genere. 1. *Versus* crebro vertendus est, ut quo tandem modo, *auribus* mage placeat, experiatur; secundum illud *Horatianum*, lib. 1. Satyr. 10.

Sæpe stylum vertas, iterum quæ digna legi sunt
Scripturus — & alibi — *in versu faciendo*
Sæpe caput scaberet vivos & roderet ungues.

1. Serm. 10.

2. *Relambendi* sunt denuo *versus* jam *compositi*, & *ursino* more *efformandi* (quod *Virgilius* dicitur) non enim sufficis ut *carmen*, sed ut politum, *artificiosum*, tersumque carmen componat — Versus enim *eructare*, parum laudabile est; neque quam *multos*, sed quam *multum* scribat quis, refert; ut enim Quintil. lib. 10. cap. 3. *Cito scribendo non fit, ut bene; bene scribendo fit, ut cito scribamus: primum* hoc *constituendum est, ut quam optime scribamus, celeritatem dabit consuetudo* —

3. *Poëtice loquendum* est in carmine, *phrasi*, diversa prorsus *Oratori*; ut, *Dilaniavit opes*, elegantius in poësi sonat, quam *absumpsit patrimonium* — *Tropicæ* autem *expressiones* sunt laudatissimæ — *Magnoque irarum fluctuat æstu* — cygneas imitantur tempora plumas — tacitarū vellus aquarū —

4. *Versus rythmici* (quod vocant *Leoninos*) vitandi, & cavendi sunt, ut *Quærebant flavos per nemus omne favos.*

5. *Versus*

5. *Verſus* non debent *uniformes* eſſe, ex iiſdem ſemper *pedum* ſyllabis conſtituti; ſed diverſum *induant* habitum, *rebus* & *affectibus* exprimendis *accommodatum*; nunc igitur *dactyli*, nunc *ſpondæi* ſparſim intermiſcendi; hic *monoſyllabi*, ibi mox *diſſyllabi*, & *triſſyllabi*; neutri enim *continuo* locandi ſunt, ſed *alternatim*.

6. *Prioris verſus* ſenſus in ſequentem incurrat, neque (niſi raro) per ſe impleat, perficiatve ſententiam. In longiori tamen *carmine*, ad ſextũ & octavum, imo ad *decimum* aliquando verſum, diſtulerit periodum eleganter, (in unius nempe generis carminibus) ſed in *Epicis Eligiacis*, ultra diſtichon, ne producitor periodus.

2. *In ſpecie*, quod ad Carmen ſpectat, animadvertere debet *Poëticæ* ſtudioſus, *Pedes*, *epitheta*, & *clauſuram* carminis—— 2. in ſpe.

1. Quod ad *Pedes* attinet, 1. Illorum *natura* ſpectanda eſt, 2. *Connexio* inter ſe. 1. Ped.

1. *Natura*, ut propoſitæ materiæ *quadrent* optime, & adaptentur; *tales* enim ubique ſunt adhibendi, qui intimiorem rei ſubjectæ naturam *graphice* depingant—Talia ſunto *verba*, qualis res—*Triſtia mœſtum vultum verba decent*; *iratum plena minarum*; *ludentem laſciva*—— *Virgilius* optime ad vivum tempeſtatem maris ſic deſcribit: *vaſtos volvunt ad littora fluctus*: & Homerus, πελυφλοίσβοιο θαλάσσης. 1. Natur.

1. SPONDÆI graves ſunt, & tardi; regiæ *majeſtatis* pleni, *magnifico* prorſus incedentes greſſu; aptique ſunt præcipue ad *querelas*, luctus, *threnodias*; præſertim *monoſyllabi*, qui diſſyllabos & triſſyllabos hac in re ſuperant: ut, 1. Spond.

Tum demum admiſsi ſtagna exoptata reviſunt——
Me me adſum qui feci, in me —— &c.

2. *Res grandes*,——Regina ad templum forma pulcherrima *Dido*, Inceſſit——

Monſtrum horrendum, informe, ingens;
de Polypheme, vaſto illo *& horrendo gigante.*
Illi inter ſeſe multa vi brachia tollunt.
Verſus iſte ſpectandam fere exhibet, & audiendam proponit *Cyclopum* induſtriam, in fulminibus *Iovi* fabricandis.

2. Dactyli 2. DACTYLI exprimunt, 1. *Celeritatem* & properationem feſtinam: ut,

—*agmina cervi*
Pulverulenta fuga glomerant, montesq; relinquunt.
Æneid 4.
Quadrupedante putrem ſonitu quatit ungula campū.
—Convellimus altis
Sedibus, impulimuſque, ea lapſa repente ruinam
Cum ſonitu trahit, & Danaũ ſuper agmina late
Incidit— *ruinam turris impulſæ deſcribendo.*
At tuba terribili ſonitu *tara tantara* dixit.

Sic *iſte* verſus iracundæ *Didonis* impatientiam,

Ferte citi flammas, date tela, impellite remos.

2. *Conſolationem*, jucunditatem, & hilaritatem: ut,

Pone metus, feret hæc *aliquam tibi* fama *ſalutem,*
Inde ubi clara dedit ſonitum tuba, finibus omnes.
Haud mora, profiluere ſuis, ferit æthera clamor.

Dactylus autem diſſyllabus, plus quam triſſyllabus, *monoſyllabus* vero maxime hæc depingit.

Si *Spondæus* in primo loco, & *dactylus* in ſecundo ponatur, ſuaviter ſonat carmen: ut,

Sin abſumpta ſalus, & te pater optime Teucrum
Pontus habet ———

Aut Diſpondæus; ut,

O digno conjuncta viro ———

——Incipiat *puer* à faciliori carminis genere, ſcil. *Adonico*, quod conſtat ex Dactylo & Spondæo———

2. Con-

2. *Connexio*, inter se; *hoc* enim imprimis curandum est, ut *Pedes* inter se, *quadam* quasi *catena* copulentur aurea——— 2. Connexionem pedum.

Arte cita veloque rates remoque reguntur.
Sæpe simultates ira morata facit.

Elisiones idcirco (frequentes saltem,) ceu *scopulos* vitare debet; nam carmen invenustum, deforme, & squallidum reddunt ut, per *salebras* duraque *saxa*, cadere videatur; molliter autem & apte, sine *asperitate*, & hiatu quod fluit merito laudatur———

2. Ad *Epitheta* quod attinet, Versus absque *illis* nudus est, & velut incomptus; *crebra* igitur intertexi debent, non tamen *otiosa*, usitata, absurda, sed genuina, propria, quæ ex *visceribus* materiæ, aut ipsis argumenti medullis, eliciuntur,———ut *aeriæ*, pictæque *volucres*, pomifer *autumnus*——— 2. Epith.

2. Epetheta, ante sua substantiva venustissime collocantur, ut

Pendula flaventem pingebat bractea crinem
Aurea purpuream subnectit fibula vestem,
Vecta est frænato cærula pisce Thetis.

3. Quod ad *Clausuram* carminis pertinet, *Hexametrum* Heroicum in trissyllabo, aut dissyllabo; *Pentametrum* in dissyllabo semper terminandum est——— 3. Claus.

Et hæc præcipua sunt, quæ *scienda*, & observanda sunt incipienti Poetastro.

2. *Exercitium* pueri qui in *Poetam* aliquando evadere velit; constare debet 2. Exerc.

1. In carminibus
   - Aliorum autorum
     - transponendis,
     - restituendis,
     - reciprocandis.
   - Novis suopte *marte* componendis.

1. *Transponendis*, quando scilicet *luxatas* &

confusas, *deartuati* (ut ita dicam) *carminis* dictiones, in justum ordinem redigit, suumque priorem locum restituit.

2. *Restituendis*, idque 1. in *fragmentis* carminum redintegrandis, ut,

Fumo nil { *sic vana est gloria mundi.*
levius { *fumi instar gloria mundi.*

2, *In diversa* metri *metamorphosi*, vel transmutatione, qua inter se, permutantur varia carminum genera, 1. aliquid vel *addendo*, vel *abjiciendo*, ut,

Frangitur ipsa suis Roma superba bonis.

Sublato *ipsa*, fit Iambicum trimetrum.

Bonis superba Roma frangitur suis.

Et in illo *Senecæ*.

Non est ad astra mollis è terris via.

fit Pentametrum.

Non est è terris mollis ad astra via.

2. Facilis est mutatio in *vicina* genera, viz. carminis { Heroaci, Trochaici, Phaleucii } in { Asclepiadæum, Iambicum, Sapphicum. }

3. *Reciprocandis*, vel 1. eodem metro manente, ut,

Musa mihi causas memora quo numine læso

fit carmen retrogradum,

Læso numine quo——

2. Diverso, ut *Adam primus Homa Crux omni posteritati.*

Posteritati omni Crux Homo primus Adam.

3. Sensu variato, ut *Abelus* de *se*, Gen. 4. ait,

Sacrum pingue dabo, nec macrum sacrificabo.

Cainus è contra regerit,

Sacrificabo macrum, nec dabo pingue sacrum.

2. In *Novis* suopte *Marte* componendis, & hic primum exercitium esto *imitatio*, secundum *variatio*, tertium *Tractatio Poetica*.

1. Imi-

1. IMITATIO, eaque videatur in *Centone, Parodia.* 1. *Imitat.*

1. *Centone*, qui est *consarcinatio carminum* ex membris *Poetæ unius*, aut plurium, *Æneid.* 2. Eripe me his invicte malis, *hæc omnia firma. Æn.* 6. Subjecimus tibi exemplum Dialogicum,* viri jam morituri meditationem. * Amicissimi mei quondam hypodidascali

2. *Parodia*, cum seria vertuntur in jocosa, vel *contra*, ut *G. Beverlei* cantiunculam eygneam.

Tantæ molis erat } Romanam condere gentem!
lapsam reparare salutem! }

2. Variat.

2. VARIATIO, qua unam rem, nunc *variis* verbis, nunc *vario* carminum genere eloquitur; ut *Virgilius* amnem glacie constrictum, Ortum solis, Iridem, *&c.*——*stockwoodus* in Progymnasmate scholastico, unum idemque distichon 450 modis variavit——

Linque Cupido jecur, cordi quoque parcito, si vis
Figere, fige alio tela cruenta loco, &c.——

Et iisdem servatis verbis, hoc solum carmen centies & quater effertur variæ——

Est mea spes Christus solus, qui de cruce pendet.

2. *Vertendo* Græca in Latina, *oratoria* in Poetica, aut contra. 2do Aliquid 1. vel contrahendo, quando res *fusius* amplificantur——vel 2do. res amplificando cum *brevius* contrahuntur,——& hoc quidem modo *donec humeri* puerorum, *bovi sufficerint ferendo, tollendus est vitulus.*

3. TRACTATIO POETICA, seu structura *Poematis*, eaque versatur vel in fusiori stylo, vel contractiori—1 *fusiori* stylo, *prolixoque*; utpote *Thematis*, *Epistolæve*, ubi omnes partes largius exprimendas persequatur creberrimas *similitudines* inspergendo. 2. Illustriora *exempla* producendo, quæ in credibilem offundunt *poemati* gratiam. Imitetur *hic Ovid.* in Tristibus, *&c.* 3. Et hic adhibendæ sunt *Figuræ*; miram enim & vere *mel-*

3. Tract. Poetica.

vid. pag. 141. 146. 151. in Praxi Formal.

leam

melleam conciliant dulcedinem. His etenim, *Poematis* forma exornatur, ac veluti *coloribus* distinguitur; floribusque aspergitur; inter quas 1. figuræ dictionis.

1. *Anaphora* locum habet ubi *fervet* oratio, vel { *asseveratione*, *obtestatione*, *dolore*, vel simili aliquopiam pathetico affectu.

Te dulcis conjux, *te* solo in littore secum—
Te veniente, &c,

2. *Epanalepsis*, cum Pentameter desinit, ut Hexameter inceperat; ut,

Phœbus adest, sonuere lyræ, sonuere pharetræ;
Signa Deum nosco per sua, Phœbus adest.

Victus amore tui, cognato sanguine victus.

3. *Symploce*, quæ acrimoniæ, venustatisque plena est; ut,

Quod cessat Phœbea *chalys, quod carmine rupto*
Aoniæ liluere *Deæ*, Mars *impius egit.*
Quod spretis, audax, Musis, *petit arma juventus.*
Et volucres premere audet equos, Mars *impius egit,*
Quod cernis nullum deserta per oppida civem,
Nec campis errare greges, Mars *impius egit.*
Quod ligo, quod vomer, quod sarcula, rastra. bidētes,
In gladios abiere truces, Mars *impius egit.*

4. *Anadiplosis* venusta est, cum posterior pars Pentametri initium est sequentis Hexametri; ut,

——*mihi sint toties maxima vota mori, vota mori*
mea sunt——aut sic——sic——*Restant*, bella, aspera *restant*——.

Fuit *ab* fuit utile, tecum ire, mihi
Hoc si *crimen* erat *crimen* amoris erat.

5. *Polytoton*, ut littora littoribus contraria—pila minantia pilis——.

Certa fui, *certi* si quid haberet amor.
—*sedet*; æternumque *sedebit*, infelix Theseus—

2. Figuræ

2. Figuræ ſententiæ, *viz.* Ecphoneſis—— Apoſiopeſis, Apoſtrophe——*&c.*

Atque *hæc* de tractatione *Poematis* fuſiori filo, prolixiori *orationis* ſtamine.

At vero ſecundo, *Curtiori* plurimum ſtylo acutiora poemata deſcribuntur, *viz.*

1. *Epigramma*, in quo, *duæ* primariæ virtutes, ſunt *Brevitas* & Argutia. 1. *Brevitas*, nam aliquando in *diſtichо*, ſæpius in *tetraſtichо* comprehenditur; quo autem *brevius*, eo *ſuavius*. Exempla præſtat *Martialis* & *Owenus* noſtras. 2. *Argutia*, ut ſit ingenioſum, *ſale* & *lepore* conditum—ut *Haddonus* de Jana Domina *Gray*.

Miraris Janam *Graio* ſermone valere?
Quo primum nata eſt tempore *Graia* fuit.

2. *Anagramma*, U—ut illud de *Ioſua Silveſter* ἀναγραμματοσμὸν, *Vere os Salaſtii*——

Maria Nevila } nomen.
Alia Minerva } anagram.

3. *Epitaphium* quod in ſuneribus eſt uſitatiſſimum——.

In *Vesbiam* iracundam fœminam.

Tres habuit Furias quondam, ſed *Vesbia* manes
Ut petiit; *Furias* quatuor, *Orcus* habet.

Poſt-

Poſt-ſcriptum.

Dvculo huic noſtro, galeam fabricavit Alſtedius, *clypeum* Textor *texuit, Theſaurus* Buchlæi *Poeticus nummos, nervum belli, ſuppeditavit*; hæc *tibi putavimus*, Lector amice, *innuenda, ne oblatret quiſpiam* illi *ex inferis* Cerberus, *à cujus* canino (dixi) *imo* Diabolico *morſu, nihil est uſpiam armatum ſatis.*------

---

J. C.

J. C.
Lectori Philomuso,
S. P. D.

QUam mihi jam moriens *legavit* amicus dilectissimus, *Ego* tibi nunc, ut vides, largior *Animam* cum *Corpore*. Is, me tunc *Imperatore*, * in iisdem Musarum castris, arena Scholastica militavit, *comes* mihi jucundissimus, hypodidascalus utpote, tyrunculis inferiorum classium fuit *Dux*. * Puericial.

——*quo non præstantior alter*
Ære ciere *suos* Martemque *accendere cantu*--ut de *Miseno* Virgilius: Ex quo *Poetarum* principe, *pedestres*, hic noster, suas Heroici *Centonis* succenturiavit *copias*. Ob similitudinem argumenti, *nos ducillulo* illum nostro adjunximus *comitem*, mentionem enim feceramus de *Centone*, cujus hic habes exemplar egregium. *Autor* ipse *claudus* incessit, (ut norunt *nostrates*) sicut Mulciber ἀμφιγυήεις apud *Homerum*; at carmen *recto* plane, & generoso ingreditur *pede*—in quo sane ultimo conatu suo *cygneam cantionem* suavissime cecinit——& ut *Entellus* olim δὶς πὲρ ὅ iste noster Ἄρης (nullius, nisi *peccati* sanguinem sitiens sui, hostis *piis* infensissimi) Mundo insuper *Diabolo*, & ipsa *Morte* in victoriam ultimo absorpta, prostrata prorsus,——

——*hic victor castus artemque reponit.*

Cesset

Ceſſet jam *illius* famam rodere dens *Theoninus*, ſit memoria *ejus* in benedictione : *virtutes* ejus imitemur, *nos*, qui militamus adhuc in mundo; *felix ille ter & amplius felix*, qui deſiit militare, qui *cœlo* donatus, io *triumphe*, io *triumphe* Ingeminat—imo hymnos angelicos, canticum *Agni*, qui lavit ſuo ſanguine peccata *ſanctorum* omnia, ſubinde concinit. Nec oblatret *Cerberus* aliquiſpiam maledicus, virulenti oris halitu afflans rhapſodiam hanc, aut *me*, quia triſtes has amici συωδυγᾶ συσταυγᾶ exequias, è longe inſequutus, *trophæum* erexerim, aut *laurum*, quam meritus eſt, & ipſe nexuit, fronti *ejus*, ſepulchro ſaltem mortui ſic impoſuerim, imo potius *(Chriſtiane lector!)*—vel

Anagrammata.

{ I tu, ſuiſ-ve *verſibus lege illum.* }
{ I tu & *illum verſibus* eluge tuis. }

quod humanum eſt & pium & Chriſtianum; iiſdemque conflatur literis, quibus

Guilielmus Beverleius.

Cha-

Chariſſimo ſuo Mro. J. C. Scholæ Lincolnienſis, Moderatori Centonem ſuum

G. B. D. D.

I Mitto *Beverleius* nequeo quam ferre *Salutem.*

EN tibi (*Chariſsime C!*) *mei ſpecimen amoris*; Animam *largior cum* Corpore. *Caro querula mea eſt*, Anima *diſſolvi cupiens & eſſe cum Chriſto*, mea *itidem. Quoque minus dubites, an non audiſti* (*ad* Aſſizas) *me in articulo* Mortis *poſitum*? Hoc *tantum intereſt, Caro* iſta *vocalis quidem*? noſtra *non novit niſi ſuſurrare. Vis verbo expediam*? Me *miſera torquet* Cachexia. *Forſan* hæc *legiſſe juvabit. Sumas igitur, at non* ſiniſtra *manu*; *nam* dextra *porrigo. Et valeat* (precor) *feliciter.*

Cherrie-Willingham,
Aug. 15. 1628.

Æger ſum, at
tuus ſum,

Willielmus Beverley.

Dia-

Dialogus.

CARO seu CORPUS, & ANIMA.

——*Moribunda* Caro, *Animam affatur* Corpus *modo relicturam.*

CARO.

QUo mea *Mens*, quo deinde ruis? quo prori-pis *inquam*? *Æn.*4. 740
Quem fugis? aut quis *te* noſtris amplexibus arcet? *ver.*742
Me-*ne* fugis? per *Ego* has lacrymas, dextramque tuam, *te*. 713
(Si bene quid de *te* merui, fuit aut tibi quicquam 716
Dulce meum) miſerere *Domus* labentis, & iſtam
Oro, (ſi quis adhuc precibus locus) exue *mentem.*

ANIMA.

Vixi, & quem dederat curſum *Fortuna* peregi, *Æn. lib.*4. *ver.*648
Mortem oro, tædet *Cœli* convexa tueri, *Æn* 4. *v.*447
Sume hanc *Chriſte* animam, meque *his* exſolvito curis. 647

CARO.

Non *te* noſter amor, non *te* data dextera quondam *Æn.*4. 360
Nec moritura tenet crudeli funere *Conjux*? 307
Non ſum adeo informis, nuper *me* in littore vidi, *Eclog.*2.

Cum

Cum placidum ventis ſtaret Mare ; non *Ego* Daphnim
(Judice *te*) metuam, ſi nunquam fallit imago.

ANIMA.

Non ea forma nitens niveáve in fronte ſerenus.
Maphæi ſupplem.
Ille decor, dulciſque oculorum aſpectus ut olim :
Jamdudum, infelix, macie confecta ſuprema,
Æn.3.v.590
Ignoti nova forma viri——— 591

CARO.

Mille, meæ, Siculis errant in montibus agnæ ;
Eclog.2
Lac mihi non æſtate novum ; non frigore deſit.

ANIMA.

Sed quid *tu* hæc autem nequicquam (*ingrata*) revolvis ! *Æn.2.v.100*
Non pacem *hæc* conferre queant placidamve quietem. *Maph.ſupplem.*
Quin potius palmas, (tua grandia crimina deflens) *Georg.*
Tende, petens pacem, & placidum venerare *Iehovam* :
Namque dabit veniam *votis*, iraſque remittet.
Tolle moras ; hæret lateri lethalis arundo.
Æn.4.v.72.

CARO.

Hei mihi ! namque mori miſerum eſt!——
Æn.2.136.
Non mihi jam *patriam* antiquam ſpes *ulla* videndi, 137
Nec dulces *Natos*, exoptatumque *Parentem*,
Ite meæ (quondã felix pecus) ite *capellæ*. *Ecl.1*

Non

* *De toto homine.* Non ego *vos* posthac (viridi *projectus* * in antro)
Dumosa pendere procul de rupe videbo.
Hei mihi! quippe mori miserum est.——

ANIMA.

Usque adeone mori miserum est?——
Luctus, &, in *vivis* posuere cubilia *Curæ*; *Æn. 12. lib. 6.*
Pallentesque habitant *Morbi*, tristisque senectus, *v. 273.*
Et *metus*, & malesuada *Fames*, & turpis *Egestas*. 274
Tum consanguineus *Lethi* sopor, & mala *mentis* 2[illegible]
Gaudia, mortiferumq; adverso in limine *Bellum*. 277
Atque adeone mori miserum est?—— 278
Ecce inventa *quies*, ecce illa extrema malorum *Maph. suppl.*
Ærumnis factura modum, acceptissima semper,
Atque optata *dies*, & nescia fallere *vita*!

CARO.

O tantum liceat mecum *tibi* sordida rura, *Eclog. 2.*
Atque humiles habitare *Casas*, & figere *cervas*!
Suspiratque * *imoque trahit de pectore vocem.* *Æn. 1. v. 380*

ANIMA.

Desine fata *Dei* flecti sperare precando. *Æn. 6. v. 375*
Fata vocant conditque natantia lumina *somnus*, *Georg. 4.*
Nobis parta *quies*, nullum *maris* æquor arandum. *Æn. 3. v. 496*
Atque ego (*Diis* placitum) nunc, ô nunc poscor *Olympo*. *Æn. 8*

CARO.

CARO.

Aggredere ô magnos (aderit jam *tempus*) honores *Eclog.* 4.

Chara *Dei* soboles, magnum *Iovis* incrementum!

At, quocunque ruis, *nos* & rape in omnia tecum. *Æn.*2.*v.*672

Est hic, est animus lucis contemptor, & *istum* *Æn.*9.203

Qui *vita* bene credit emi, quo tendis, *honorem*. *vers.*204

ANIMA.

O dulcis *conjux*; non hæc sine numine *divum* *Æn.*2. *v.* 772

Eveniunt, nec *me* hinc comitem asportare *Creusam*

Fas, haud *ille* finit superi Regnator *Olympi* 774

CARO.

Hic tamen *hac* mecum poteris requiescere *nocte* *Eclog.*1.

ANIMA.

Desine *meque* tuis incendere, *teque* querelis *Æn.*4.359

Haud *pater* ipse velit summi regnator *Olympi* *Æn.*7.376

Sed cape dicta memor, duri solatia casus; *Æn.*6.*v.*376

Frigida quam *mors* primum anima seduxerit artus, *Eclog.*5.

Continuo insuetum mirabor limen *Olympi*,
Sed pedibus nubesque, & sidera clara videbo,
Permistos *heroas*, & *ipse* videbor ab *illis*.
Nec *me* damnatam sperabunt Tartara *Mentem*. *Georg.*

Interea placida compostum * *pace* quiesne. *Æn.*1.

*De *Corpore* loquitur. *Resurrectio.*

Ad

Ad patrios tandem (longo poſt tempore,) fines *Eclog.* 1.
Pauperis & Tuguri congeſtum ceſpite culmen,
Scilcet (*æternum felix*) ad tarda revertam *Æn.* 6 *v.* 724.
Corpora, Perpetuũ dehinc convictura per ævum: 725
Nos pater *ipſe* Deûm *Sceptri* donabit honore. *Ceiris.*
Huic quoque nec metas rerum, nec tempora ponet: *Æn.* 1.
Imperium ſine fine dabit——
Iamque *vale*; interea tua molliter oſſa quiẽſcant, *Æn.* 1.
Hæc ubi dicta dedit, lacrymantem, & multa volentem *Æn.* 1. *v.* 287.
Dicere, deſeruit, *tenueſque receſſit in auras*—— 288

In perdilecti ſui, *G. Beverlei* centonem, Elegiacus.

Triſt. lib. 3. Eleg. 1.

Sæpe jacens ripa, deflere Cayſtrius ales
Dicitur ore ſuam, deficiente necem:
Sic Tu, Centonem modulans ita ſuaviter *iſtum.*
Feciſti, tacitum ne tibi funus eat.

J. C.

In eundem Idem.

SIc pia *mens* divina ſapit: ſic cogitat ædes
Æthereas, cœlumque rapit violenta: ſupernam
Sic ſitit, ardet, amat, ſperat, ſpiratque ſalutem:
Sic vivens, mundo moritur: ſic mortua vivit:
Utque apis è nocuis, ſic *Vatum* inſuavibus herbis
Mel ſugit cœleſte, docens myſteria Chriſti
Virgilium cantare, * *pius*.

——— † LUGEBERE MUSIS
VEL VILI, facileſque tuum decorare ſepulcrum
Convenient *Gulielme* tibi ———
——— VÆ VERMIBUS ILLIS
VÆ LUGE, planxere mihi ——— ſic VERSIBUS ILLUM
ITU ELUGE: —ILLUM I-VE ſuis LEGE VERSIBUS aiunt.
Lugeo quando lego, lugebit *quiſque* legendo
Cygneum ſancto modulatum pectore carmen.
LUGERI MUSIS BELLE, nunc *Vive*, triumpha,
Militia eſt finita tibi. *Sic iter ad aſtra*
Sincera pietate: *Fide*, victoria nobis
Immundum adverſus mundum, *Satanamque* paranda.

* Autor hic.
† Anagram. 5. de nomine *Gulielmi Beverlei*

Per

Æneid. lib. 1.

Per varios casus per tot discrimina rerum
Tendimus in cœlum: sedes ubi fata quietas
Ostendunt; illic fas regna resurgere nobis.

Ovid. Met. lib. 1.

Aspera tum positis mitescent secula bellis.
Non *galeæ*, non *ensis*, erunt; sine *militis* usu,
Mollia securi celebrabunt otia *Sancti*.

Ad quæ, deducat *Nos* loca *Christus*, Amen.

Subjecimus hic, *Rob. Whitingtoni* Lichfeldenſis *Grammatices* magiſtri, protovatis *Angliæ* in florentiſſima *Oxonienſi* Academia laureati.

Variatiunculam Poeticam.

de

Virtutis Immortalitate.

Poſteritate nitens omni, duratior ævo
Altivolans virtus, *non moritura viret.*
Virtutem excubiæ ſervant vigilantius Argo
Mortis ab omni-voræ faucibus, arce poli.
Superabilior virtus *adamante, ſuperſtes*
Perſtat in æternum, nec carioſa viget.
Virtuti haud minuit vires, rugoſa ſenectus
Tempore perpetuo, eſt firma vigore ſuo.
Amne ſoporifero, paſſura oblivia nuſquam
Virtus, *perpetuæ laude canenda manet.*
Cuncta Charybdeo mors quæ rapit ore, beata
In virtute, queat juris habere nihil.
Haud Acherontea virtus *viſura paludes*
Imperio vivit ſemper amanda ſuo.
Nec triſtes Erebi virtus *paſſura tenebras*
In paradiſiaca luce perenne nitet,
Carcere Cerbereo non vis adamantina claudat
Virtutem, penetrans quin volet aſtra poli.
Heſperidum auricomis virtus præſtantior hortis
Quam vis perpetuum nulla viere vetat.
Exuperat laurum, *fragranſque* Opobalſama *virtus*
Quæ ſpirans redolet ſemper odore novo.
Fructiparens riguo virtus *fœcundior horto*
Pullulat æterno germine, flore virens.
Paſcitur ambroſiæ virtus *culiſſima ſucco;*
Perpetuo, ut Daphne, *floret honore comæ.*

Candidior niveis virtus *eſt alba liguſtris,*
Quam Caries ævi rodere nulla queat.
Erat Hamadryadum virtus *vivacior ævo;*
Quam mortis nunquam funera dira premunt.
Æthereo Phœbus mortalia cuncta ſub axe
Vendicat, at virtus *vivit amata* Deo.
Stelliferi virtus *arcem ſibi poſcit Olympi*
Haud Phlegetonteis interitura vadis.
Inſatiabilibus quæ faucibus exedit annos
Saturni, *haud* virtus *eſt peritura fame.*
Fulminea hanc orbis *molem quæ tela Cyclopum*
Quaſſant, virtutem *non temerare valent.*
Nil terreſtre vides quod non mors pallida perdat
Virtutis *ſolidæ vita perennis erit.*
Virtutem offuſcat non ulla rubigo; Beryllus
Sive ut Erythræus præmitet uſque lapis.
Exitialis hyems, nec torridus officit æſtus
Virtuti, *maneat quin ſine fine virens*—

—*Ille* plura. Sed *manum de tabula.* Hæc tantilla, velut præguſtamenta *pueritiæ poetica* præli-bavimus, quibus irritata & allecta, ferventiori, ad ampliora, deſiderio incaleſcat. *Pueri* ſunt admodum imitabundi; diſcant igitur *rem* modo ampliatam *contrahere*, non modo contractam *ampliare*, & (velut *Protei* vultus) verborum *copia* variare, ut ſupra docuimus in *Duce Poetico* pag. 347.

QUE-

QUERELA APOLOGETICA AD

Lectorem Benevolum.

ATque sic, hac, ut vides, octava nunc vice, pueriles istæ minutiæ, *Formulæ* Oratoriæ, in lucem prodeunt; (*Dei* O. M. singulari beneficio, *cui* igitur *soli*, (*a*) omnis æternum esto gloria, *ipse* enim nec *sum*, (*b*) nec possum (*c*) *aliquid*:) quas quoniam avidius undique arreptas, à tyronibus scholasticis, primum vidimus; priores *Editiones*, pro modulo sigillatim suo, locupletavimus. Hac vero ultima nostra cura, & cultura demum, illud ecce opusculum, in *horum* jam succrevit *Oratorium*, quem selectioribus *plantis*, herbis salubribus, suavissimisque floribus *areatim* sevimus; unde aurea mala, florum faiciculos, *thymum* pariter ac *ceram* legant scholastici——*sua qua* liquentia *mella*.

a Tuum *Domine* est bonum, tua est gloria. Qui enim de bono *tuo* gloriam *sibi* quærit, & non *tibi* quærit, hic fur est & latro, & similis est *Diabolo*, qui volnit furari gloriam tuam. Qui enim laudari vult, de *tuo* dono, & non quærit in illa gloriam tuam, sed tuam, *hic* licet propter *tuum* donum laudetur ab hominibus, a *te* tamen vituperatur, quia de dono tuo, non *tuam*, sed *suam* gloriam quæsivit. Qui autem ab hominibus laudatur, vituperante *te*, non defendetur ab hominibus, judicante *te*; nec liberabitur, condemnante *te*. Aug. Soliloq. *cap.* 15. *b* Parvus sum, nullus sum, altum nec spiro nec spero: ἔπος ἐμοὶ γοναὶ ἐσθ'——Od. 4. *c* Quicquid in me est *bonum*, id omne tuum est donum Domine——non mihi, sed tibi fero acceptum.

Stipent, ac dulci diſtendant nectare cellas.

Quod ſi ab *Horto Gratorio* in *Muſarum* ulterius Parnaſſum cupiant conſcendere, en porro *Ducem Poeticum*, privatis olim tironibus conſcriptum, quem nunc emeritam, *rude* donavimus, *Apollineæ* juventutis comitem.

Vides *Lector*, ecce vides animum in *me* ſatis liberalem, (quidni enim *Meipſum* apud *te* commendem, cum tam malevolos paſſim, invidioſq; vicinos habeam) *promi* (*d*) magis quam *condi*, * gravatim non deferentis in publicum, vel *micas* duas, (*e*) quicquid tandem aut quantillum penes me, aut in penu fuerit (cui valde eſt curta, *fateor enim*, ſupellex domi) quod *tibi* tuiſ-ve, vel *prodeſſe* (*f*) queat, vel *delectare*.

(*d*) Ut avidus fœneratori improbum num. num malim occupare quam condere. *Auſon. Edyll.*

* Vile latens virus, quid enim ſubmerſa tenebris Prodere? ut *lyræ* quæ reticet, vel qui non tenditur arcus——*e Mar.* 14. 42. *f* Ut prodeſſe pluribus poſſem, nullus mihi per otium dies exit: partem noctium ſtudiis vendico, non vaco ſomno, ſed ſuccumbo, & oculos ſatigatos, cadenteſque ſub opere detineo——*Sen. Epiſt.* 8. *g Thom. Epiſc. Covener.* in *Ep.* *h* Ego cupio in me omnia transfundere, & in eo gaudeo aliquid diſcere ut doceam. Nec me ulla res delectabit, licet eximia ſit & ſalutaris, quam mihi uni ſciturus ſum: ſi cum hac exceptione detur *Sapientia*, ut illam incluſam teneam, nec enuntiem, rejiciam. *Sen. Epiſt.* 6. † Cato *Major apud* Cic.

Non nobis certe ſolum nati ſumus, pro *patriæ* ſalute, proque patria *ſalutis* (*g*) nullus non labor ſubeundus eſt: *Me*, quod attinet, (qui omnibus quam potui *ſtudiis*, votis, conatibus, (*h*) non inutiliter vixiſſe cupierim; ut divinum *illum* aliquando ethnicum †) vixiſſe, uti ſpero, non pœnitebit olim, quum ita *me* vixiſſe meminero, ut fruſtra *me* natum eſſe, non exiſtimem.

Uſque tamen adeo graſſatur in terris, & debacchatur paſſim, *furiis* comitata efferis *ñ* Δι-

Colàx (quod Magnus *Eraſmus* olim conqueſtus eſt) ut nihil uſpiam tutum maneat, à *ſycophantarum* morſibus (i) maledicentiſſimorum (hominum dicam an belluarum?) delatione (k) dilaniatione. Inciderunt ſcilicet tam *hæc* (l) quam *alia* noſtra opuſcula, in *lictores* quoſdam potius quam *lectores*—) & carnifices, *famæ*, ſi qua unquam fuit, innocentiæque meæ, miſera *invidiæ* * mancipia, rabioſos detractores, qui *omnia* mordicus arripiunt, nequiter ſugillant, conculcant miſere, milleque convitiis indigne lacerant.

Quos ego ceu latrantes caniculos cum contemptu præterire, imo ſilentio pertinaci quietem ab ir requietis redimere, ſtatuiſſem ſerio, (m) niſi inaudieram, longe lateque increbuiſſe impor- tunas *iſtorum* criminationes, quas quidem *turpe* putabam

Et dici potuiſſe, & non potuiſſe refelli—

Nam quod ſcurræ *iſti* naſutuli obſtrepuere paſſim, quod *formulas* haſce, ſannis poſticis & ſarcaſmis excepere, quod *genuinum fregit in illis horum invidia* (quas infra *invidiam* † ſubſediſſe ſperabam;) inclamando ſæpius *pueriles* eſſe *ineptias*, frivolas nugas, *crepundia*, meras *effeminias*, ignaviæ ſcholaſticæ *illecebras*, unde accreverit plus multo detrimenti, & incommodi ſtudioſis, quam emolumenti uſpiam; (facere enim ut otio torpeſcere malint, hebefacto acumine, inventione ſopita, & retardata, *pigri*

Colloq. famil. Opere— *i* Nulli *pares æmula* deſunt *unquam.* Quæ gravis obſtreperit laudi ſtimuloſq; malignis Facta ſequatur quamvis ingentia livor. *Claud. l 3* & Scio ego quæ ſcripta ſunt ſi palam proferuntur, multos fore qui vitilitigent, ſed ii potiſſimum qui veræ laudis

pertes ſunt. Eorum ego orationes ſino præterfluere. *Cato Cenſor. apud Plin. l* A detractatione neminem eſſe immunem niſi qui nihil ſcripſerit—*Tho Epiſc. Covent.* * Canis in præſepi fœnum non edit, nec boves patitur tamen. *m* Lex habet illud noſtra genus belli furias omnemque malorum militiam & rabidas tolerando extinguere vires —*Pruden. Pſycomach.* † Qui ſe *mirantur*, in illos Virus habe, *nos* hæc *novimus* eſſe nihil. *Mart. l.* 13. Epig. 3.

pueri, cum habeant hinc quas prætexere possunt *formulas*, nulla arte, nulla industria sua conquisitas :)——

1. *Respondeo*, esse revera *ineptias*, nec me aliud unquam honorificentius de *illis* sensisse olim; nec tamen adeo ineptas, ut ineptientibus pueris non inserviant, quos sic ineptire prudentiæ erit Pædagogicæ aliquoties permittere, imo docere, & instituere ad ineptiendum, dum discant serio Oratoriam. *Virilibus* haud refragabor ineptias *studiis*; cothurnuli *Herculis* pedibus non induendi——

2. *Pueriles* porro esse non diffitebor: solis nempe pueris concinnantur; sunt tantum *formulæ*, quibus balbutientem adhuc infantiam, (*n*) ad numeros, nervosque *oratorios*, efformare studeo. Nec operam in *his* meam *lusisse* me prorsus autumo, nisi forsitan auribus blandiantur meis, qui gratias *mihi* plurimas; ea de egerunt sæpius; literis insuper ad me missis, conatum hunc nostrum, *sibi* suisque non semel gratulantibus. * Quodque certissimi *mihi* est & apodictici loco argumenti, cum (fructu saltem mediocri *istas* legi, jam supra viginti & tria *formularum Orator.* Millia (Deo Gratias) à Bibliopolis palam divendita, in studiosulorum manibus teruntur passim.

3. Quod autem plus inde obvenerit discipulis *suis* detrimenti, serio est quod lugeam:—— Sed *quo* tandem modo? *cujus* istud contingit vitio?

(*n*) Consilium enim nostrum non est eos ducere conari qui *regiam* ipsi *eorum*, sed istos tantum quæ ætatis creditionitque defectu, manu adhuc indigent aliena, & face qualicunque mea in istius rei tenebris juvari possunt.

—— * Quorum ego judicio tantum tribuo, ut longe mihi sit jucundior, tacita eorum existimatio quam si vel universum forum Romanum, & acclamet, & applaudat, aut tanta *me* miretur imperitorum multitudo, quantum *Xerxis* exercitum fuisse ferunt, *Eras.* in Epist. ad *Colet.*

vitio? Certe non *meo*, ſed otioſulorum *puerorum* indiligentia; oſcitantium forſan pædagogulorum incuria, qui uſum *harum*, nec noverunt *ipſi*, nec demonſtrant *ſuis*. Sin vero ſint adeo prorſus inutiles, & noxiæ *pueris*, cur *ſuis* non interdicuntur protinus, & ſcholis exulant? *Ego* plane neque *ſuum* neque ſuorum emendicavi uſpiam, aut ambivi ſuffragium. Cur *iſti* igitur ſupercilioſi *magiſtelluli*, (o) utiliorem *ipſi* non navant operam? cur nihil adhuc parturiunt iſtiuſmodi, cui demum, *nil in terris ſimile aut ſecundum* videatur? aut cum *rana* (in fabula) rumpunt *ſibi* illia, in conatu aliquopiam utiliori?

an erit qui velle recuſet
Os populi meruiſſe, & cedro digna locutus
Linquere?

Facillimum quidem eſt, & fuit ſemper, alienum opus reprehendere, ſed non perinde facile, aliquid ſimile, aut præſtantius (p) conficere. μωμᾶσθαι ῥᾴδιον, μιμᾶσθαι δὲ χαλεπώτερον ὄν.

——Nec *me* adeo clam eſt, homines nequam, rebus etiam optimis in perniciem tum *ſui*, tum *aliorum* abuſuros; nonne *vinum* in ebrietatem, *cibus* in crapulam, *veſtes* in ſuperbiam, imo ſalutaris *Dei* gratia in laſciviam vertitur? Proinde neque mirum eſt, ſi *araneæ* tales, exſurgant venenum ex dulciſſimis floribus; nihil præter morem ſuum faciunt ſi fremant, frendant, grunniant, latrent Momi *iſti*, rudeſque magiſtelluli, aliorumque famam, & bene merita jugulent nequiſſime, *Male loquuntur, quia bene loqui non didicerunt*, faciunt non quod mereor, ſed quod ſolent. * Verum ſi tumidi *iſti* montes ſint ſive *colliculi*; ſui fœtulos cerebelluli parturirent aliquando † tandem; *Mures* æque forſan ridiculi, naſcerentur, libelluli æque illepidi

(o) – Ego quod potui id feci, nec impedio ſi quis in eodem circo curret ad palmã — *Lipſ.* in Tacit. — *Perſ.*

(p) – iners profeſſio ac miſerrimum eſt ingenium cui non plus poſterior dies quã prior affert. *Ludov. Viv.*

* Ilt olim *D. Hieronimus.*

† Carpe vel noli noſtra vel ede tua,

pidi, ac *mihi* nunc; quos alii plerique, fortaſſis *Ego* ipſe (ſalva reverentia tua *Lector*) anitergii nonnunquam ſoco habiturus ſiem. (q)

(q) Scombros mentita & thus. *Perſ.* Satyr. 1.

Inducant *nos* in ſcenam, cœlum terræ miſceant, habeant & *noſtra* pro ludibrio, nec *hoc* me hilum movet, cum noverim doctiores ſanctioreſque paſſim viros (quorum *ſcripta* magno cum bonorum plauſu lucem viderant) ſibilari, ab *iſtis* nebulonibus & explodi: quique noverunt unquam *Socratem*, *Ariſtidem*, *Catonem*, &c. ——*iſthuc* quod aio, non poſſunt penitus ignorare. Quocirca ſi *fungi* iſti, horti noſtri Oratorii carpere non deſtiterint, aut faſtidire polyanthemata, lappagines; roſas & lilia ſparſim germinantia, ſuis porro porris, braſſicis, lapathis, cynorrhodis libere veſcantur, ut * *ſimiles* ſic *habeant labra lactucas* (ferenda tamen *illis* ſuaderem *hellebori* aliquot domi jugera, ut *virtutem* amplius, & pios *aliorum* conatus non reprehendant:) ſin autem delicatulis iſtorum palatis, *beta* noſtræ (inſipidæ nimirum) parum ſapiant, *Ego ut* ingenue fatear (quod *Alyatten* illum facere jubebat olim *Bias*) cepas ſuas edere permittam, imo & *reſtim* ſi velint, una capere.

* Nec me ut moretur *turba* laboro Contentus *paucis* lectoribus. *Hor.*

At vero (quis coram *invidia* ſtare poteſt *) en *hydram* Lernæam! uno ſcilicet amputato *calumniæ* capite ſuppullulant *alia*: aliud monſtrum & aculeatum genus homunculorum acerbe plane felleoque animo exclamat in *me*, ceu ſtigmaticum quendam *ſacrilegum*, aut fratricidam, turpiſſimum furem, *plagiarium* nequiſſimum, (quod ſecretis paſſim muſſitant in angulis) *abſurde*, me imperite & *immethodice* (r) diſpoſuiſſe plu-

* Prov. 24. r Methodiſtæ *iſti* (ut *mihi fas audita loqui*) ſanctiſſimos, fleanimos, pientiſſimos doctiſſimoſque concionatores vellicant, ceu parum methodico; *honeſta*, pia, *utilia*, bona *inquiunt* tradidiſſe, ſed deſiderant in *illis* Logicam; * Logicam quam ſi callerent paulo acuratius —— *tunc*, tum, *ſi ſcid.*

rima

rima, in *Eccleſiaſtica* quadam noſtra, ſeu *concionandi* methodo. In qua calumnia abſtergenda, refellenda, *tuam* deinceps æquitatem (*lector* benerole!) appello, tuamque imploro ſupplex humanitatem, patientiam, tantiſper dum res, uti expedita fuerit, paucis adieris.

Ediderам ſane (*iratis*, uti reor, *Muſis* genioque ſiniſtro) nuper publicitus, *Oratoriam* quandam *ſacram*, majori cuidam operi meo, *Oleo* nimirum *Sacro*, è divinis Scripturis *expreſſo*, appendiculam; *cujus* neque ſtamina nec licia, pro *meis* venditare, ne per ſomnium quidem cogitavi unquam: quod cuivis ingenuo *Lectori* patebit facile, ex diſertis *ipſius* Epiſtolæ verbis, in hunc modum——— (*m*) "*Centonem verius ex* "*variis* ἁρπαμάτων ἀπὸ δ῾ῦν *purpuris conſarcinatum, ſermonibus publice habitis obſervatum, ſcrio.* "*iſque eodem paſſim argumento tractatibus ſelectum.* "Proinde quod de *Politicis* ſuis perſcite *Lipſius*, "in opere iſto vere dicere, poſſum, *omnia noſtra ſunt.* "*eſſe, & nihil.*———

Preterea notæ marginales ad literas iſtas (*b*) (*c*) & (*e*) argumento eſſe poſſunt, *me*, alienum tunc agnoviſſe opus, nec *authorum* nomina, ullo dolo celaviſſe——— (*b*) "*accipe igitur opus* "*ſe lum de inconnexis continuum*, diverſis unum, "*de alieno noſtrum.* "*———— (*c*) Eſt enim *be*- "*gnum ut arbitror, & plenum ingenui pudoris*, "*ſaceri per quos profeceris* † (*e*) Obnoxii *profecto a*- "*nimi & infelicis ingenii eſt, deprehendi in furto* "*malle, quam mutuum reddere.*"

Certe abſuiſſe, mihi longe, *plagii* omnis ſtudium, aut de aliena purpura ſuperbiendi (*ſſ*) ſancte dejerare coram vel ipſo *Deo* cordium ſcrutatore auſim: imo *novem* de eodem argumento Scriptorum *nomina* appoſuiſſe margini: *Keckermanni*, *Zepperi*, *Alſtedii*, *Amſii*, *Perkerſii*,

(*m*) Oratoria Sacra, *pag.* 471. * Auſonius *de Centon. nupt.* † Plin. *ſecund. præfat. hiſt. ad* Veſpaſ. * *Elim. præf. Nat. Hiſt.* ſ — Nec alios de bona ſua laude fraudare aut meipſum furtivis coloribus inſignire velle.

kinſii, *Bernardi*, * *Chappelli*, (*m*) *Williſii*, *Beckeri*, *Vicarſii* & *Eraſmi* demum *Roterod.* Eccleſiaſt. ſeu de ratione *concionand.* ——Sed quo *fato* meo plane neſcio, vel deleta, ab *aliis* qui manu ſcriptum viderant in Typographeo, & bibliopolio, viderant enim multi, & hanc *illis*, licet abſens indulſeram libertatem) vel ab ipſis forſan autoribus fuiſſe; quorum *aliqui* in vivis jam ſunt: quibus ingenue fatebar coram, eorum *me* uſum opera, multoſque ſericatos limbos è ſua tela extraxiſſe; quos prope memini ſuaſiſſe mihi, & rogaſſe obnixius, ut *eorum* ſaltem parcerem nominibus, ——Iſti *ſua*, forſan & cæterorum expunxerunt nomina, cum eſſent poſtea *Londini*, ut & *alia* inſuper multa per totum *phraſeologiæ* noſtræ opus; ſic famæ interim *ſuæ conſulentes*, magnam *mihi*, tum invidiam, tum infamiam conflaverunt obiter.

* *Batcombiens.* in agro *Somerſetenſ.* cui valde multum debeo tam ob approbatam

Taceant *iſti* igitur clancularii delatores, ſurrones nihil niſi fel & atrum virus ſpirantes, deſinant ſaniem eructare ſuam denuo; deſinant

phraſeologiam noſtram quam ob notas Eccleſiaſticas —— *me* Viri exactiſſimi judicii, undiquaque doctiſſimi, mihique nunc & olim ſuo in *me* merito perdilectiſſimi, cujus ego *notis* uſus ſum præcipue in *uſibus*, quos tamen non tam accurate inſequutus ſum, ut *ille*, in elegantiſſimo, & pleniſſimo illo tractatu quem nuperius vidi, qui utinam in rem Theologicam typis eum mandaret: diceres *Lector*, omnes ſcriptores, præ *illo* in hoc argumento ſordere protinus. Sed notæ, quas *Ego* vidi, erant paucæ, longeque aliæ, quam nunc ſim. Utinam expectationi meæ, tuæ, precibus noſtris victus ſatisfaceret. Et ſane jam latisfecit, vel ipſemet, qui eſt Autor, vel alius quiſpiam. Prodiit enim methodus illa concionandi ex Typographia M. F. ſumtibus Tim. Garthwait ad inſigne S. Georgii, in vico vulgo vocato *Little-Britain*, 1648.

ceu

† ceu canes timidiusculi cauda adblandiri *coram*, ne gry quidem hiscere audentes apud *me*, quamvis à tergo latrent vehementius: prodeant ad faciem, carpant coram, redarguant, accusent modo *præsentem*, imo condemnent libere. Certe novi *me* hominem esse pluribus erroribus, vitiisque grandibus obnoxium, (*Domine*, quis novit quoties peccaverit?) perlubenti autem pectoque animo, gratias *illi* maximas agnoscerem, qui *me* vel in moribus, vel scriptis lapsantem admoneret candide —— Interim (ut *Augustinus* olim *a*) velim ita reprehendant apud *alios*, ut non taceant apud *Me*.

† *Quibusdam canibus sic innatum est, ut non pro feritate, sed pro consuetudine latrent. fortuita. Fiat Aristarchus, incomptis allinat atrum Transverso calamo signum. Hor. Poetic.* —— *Vitiis nemo sine nascitur, optimus ille est, Qui minimis urgetur. Hor.* Ser. lib. 1. Sat. 3. ἀνθρώποισι γὰρ τοῖς πᾶσι κοινὸν ὅτι τὸ ξαμαρτάνειν ἐπ' ἀμάρτῃ κεἰγ@, οὐκ ἐτ' ἔστ' ἀνὴρ ἄβουλ@ οὐδ' ἀνόλβι@ ὅστις ἦστ κακὸν πῶν ἀκεῖ), κμὴ ἀκίνητ@ πέλει, *Sophocl.* Antig. Ama & objurga ut lubet, *Aug.*

a Ad *Hieronym.* Epist. 9. *b* Lev. 19. 17. *c* Gen. 9. 22. *d* Puerilis esset jactantiæ, quod olim adolescentuli facere consueverunt, accusando illustres viros, suo nomini famam quærere, *Hier.* ad *Aug.*

Aliena vitia in oculis habemus à tergo noſtra ſunt. Nihil alienæ luxuriæ ignoſcit qui nihil ſuæ negavit, & homicida tyrannis iraſcitur, & punit furta ſacrilegus. Faciet *nos* moderatiores reſpectus noſtri ſi conſuleremus *nos*. Nunquid & *ipſi* tale aliquid cõmiſimus? nunquid ſic erravimus? expedirne nobis *iſta* damnare? *Sen. de Ira.* *f* Mat. 7. 12. *g* Apes debemus imitari, & quæcunque ex diverſa lectione congeſſimus ſeparare; melius enim diſtincta ſervantur: aſſentiamus illis, fideliter & *noſtra* faciamus, ut unum quoddam fiat ex multis, ſicut unus numerus fit ex ſingulis, cum minores *ſummas* & diſſidentes, *computatio*, una comprehendit. *Sen.* Epiſt. 85. *h* Qui in expetendis opuſculis meis amore noſtri labuntur, & ſtudio ſcripturarum —— rudia & in hoara ad uſum privatum, quum ſine metu, arcana à ſecuritate fruerentur, proferre ad lucem caligantia coëgerunt; verecundiæ ſcilicet meæ ſpolium concupierunt, *Auſon. Paulo.*

mo, *e* ſi quis *eos* clandeſtinis afficeret convitiis, aut ridendos *aliis*, rodendos-ve exponat. Cur igitur *alteri* id faciunt, quod *ſibi* fieri nollent? hæc enim lex eſt illa baſilica, quam *Chriſtus* inculcat *ſuis*; *f* & hac ſaltem æquitate non indignus videri *ego* poteram; ut *me* tam atrociſſimi criminis admonerent prius, nec tam odioſis nominibus palam inceſſerent, qui, ſeu *plagium* odere, ſeu *Pelagium*, ſciant & *me* odiſſe pariter.

An non licuit olim, ſemperque licebit aliorum frui laboribus, *g* alterius de lumine, lumen noſtrum accendere? Non erat mihi animus *Notas* illas *Eccleſiaſticas* quas privato deſtinaram uſui, foris tunc emittere, (utinam omnino non emiſeram, donec importuna efflagitatio amicorum *h* (haud facile ſcio an inimicorum in hac re) *mihi* extorſerat, apertæ ingenuitatis homini, qui nihil *meis* negare ſoleam; Nedum velle tandem (quod vituperones *illi* blaterant tamen) alieno furtim *melle*, noſtras *Oratorias* diſtendiſſe cellulas: iſtius utpote *methodi* verſio (de qua tam indigne vellicor) mea fuit, tranſtuli *Ego* (ut olim ille) è vernacula *bona*, in latinam *non bonam*: ac proinde, ut *Fidentinus* apud Poëtam, *Male dum recito, incipit eſſe mea.*

Apagesis igitur maledicentia, *i* apagite canes rabidi, qui cum loqui potestis, maluistis allatrare prætereuntes; *Me* quod attinet hac in re, pro nihilo habeo ab *illis* sic damnatum iri; habeo me jam absolventem intus, instar mille testium, *conscientiam*; atque alio mox tribunali *omnes* sistendi sumus, *k* ubi exigetur à *singulis* ratio, etiam omnium calumniantium sermonum, *&c.*—Ferenda sunt interim dignissimis *Dei* servis, *l* multa indigna; quomodo igitur eveniret *mihi* aliter? Nonne doctissimi Scriptores, *Poëtæ*, Historici, suos habebant olim *Mastigas*, Zoilos? —Nonne *Ambrosius*, *Chrysostomus*, *Augustinus*, *Hieronymus*, *m* imo & *Christus* ipse, omnigena convitia & opprobria perpessus est?

Ignoscas acerbitati, siqua fuit, meæ, *Lector benevole*, in sterquilinio hoc refodiendo, venenata *invidiæ* spicula retundendo, maledicorum ora *stimulo* suo obstruendo: *n* indignitas certe criminationis *mihi*, præter meritum ut vides meum, intentatæ, *torrente* me *suo* invitum abripuit, violenter. Nolim certe *Ego*, calumniatorum opprobria, (ut *Diogenes* olim *Platonis* superbiam) majori contumelia *illis* exprobrare; nam *maledicendo vincere est vinci*; & Christianæ mansuetudinis esse censeo *non vinci à malo*, * sed malum bono nostro superare. *Vale.* Deus *teque* bonosque pariter omnes, à flagello * *linguæ* maledicæ, sub alarum suarum umbraculo abscondat semper.

i Procul atra recedat *Invidia*, atq; alio liventia pectora flectat.—*Statius* Sylv. l. 4. *k* 2 *Cor.* 5. 10. *l*—Quibus generosus ille sanguis in præcordiis concaluit, benefaciendique ullus invasit ardor—ut perrumpant potius ad æternitatem ipsa *invidia* spectante, quam iterum; neque enim melius *Heroes*, quam per nebulonum humeros in cœlum assurgere——*Heins.* *m*—Itaque licet *Hydra* sibilet, victorque *Sinon* incendia jactet, nunquam meum (juvante *Christo*) silebit eloquium etiam præcisa lingua balbutiet. Legant qui volunt, qui nolunt abjiciant, eventient apices, literas calumnientur,——*Hier.* ad Domnion. & Rogat. *n* ὃς δεῖ ἐπισημαίζειν. Tit. 1. 1. * Rom. 12. 21. * Job. 5. 21.

Heus Lector!

SUnt alia quædam proletanea noſtra *Opuſcula* quæ proſtant venum; *viz.*

1. *Paræmiologia* Anglo-latjna, in uſum Scholarum concinnata.
2. *Phraſeologia* puerilis Anglo-latina, in uſum tirocinii Scholaſtici.
3. *Dux Oratorius*, quo tiro literarius ad Copiam verborum plenam, ſuavem, numeroſam, & nervoſam manuducitur.
4. *Dux Grammaticus*, Tironem Scholaſticum ad exactiorem Orthographiam, Syntaxin, & Proſodiam dirigens.

Aliquid etiam à me prodiit in *Theologicis*; viz.

1. *Oratoria Sacra*, una cum ſelectioribus aliquot ſacræ Oratoriæ *formulis* προσωποποιΐαις Eccleſiaſtæ non contemnendis.
2. *Holy Incenſe* for the Cenſers of *Saints*.
3. *Leven* corrupting the Children's *bread* on *Mark* 8.15.
4. *Anthologia Biblica*.

QUod ad menda ſpectat *Typographica*, ſiqua irrepſiſſe *iterum* compereris in *hac* etiam editione, Amice quæſo ut *emendes*, neque *prælia* cum *prelo* pertinax geras. Abſentia fortaſſis mea Typothetæ occaſionem *eſt* datura, quantumvis *cauto*, ut aliquando, forſan invitus impingeret. Nam quod de *prælio* paſſim proverbiaſcit (*ſanguinolentam* viz. *eſſe pugnam, unde* nemo *fugit*) idem plerumque accidit in *prelo*; nonnulla *ipſum* (tametſi centoculum) *Argum* fugitura ſunt errata, ne ſupra *mortalitatem* iſtam *ſapere* videamur. *Humanum* enim *eſt errare. Tu* autem pro *humanitate* tua (*humaniſsime* Lector!) ignoſcas quæſo *Homini*; *emenda* quæ repereris alicubi *menda*, & ſcopum *Auctoris*, *Tuæ* (ſcilicet) *publicæque* utilitatis *deſiderium* magnifacito. *Vale.*

INDEX.

Index Formularum Alphabeticus.

Abrumpendi, Pag. 145
Accusandi, 240
Admirandi, 239
Affectus movendi, 139
Allegandi Autores, 107
Asseverandi, 242
Attentionem petendi, 48
Benevolos faciendi, 41
Brevitatem excusandi, 266
Causam rei proponendi 80
...iandi { Autores, 103 / Exempla, 95
...mendandi, 242
Compellandi, 239
Conciliandi, 41,245,262
Concludendi, 127
Confirmandi, 88,90
Confutandi, 120,128
Consolandi, 247
Consulendi, 251
Continuandi, 144
Contrarium inferendi, 94
Convitiandi, 252
Corrigendi, 255
Criminandi, ibid.
Culpandi, 257
Dandi literas, 325
Declamationes, 176,218
Defendendi, 258
Dehortandi, 259
Deliberandi, ibid
Deprecandi, 260
Disputandi, 261
Distribuendi, 87
Dividendi, ibid.
Dubitandi, 261
Epanorthoseos, 255
Eristica, 191
Epistolo-graphia, 233
Exclamandi, 262
Excusandi, 263
Exempla proponendi, 95
Exordiendi, 38
Exponendi, 82
Expostulandi, 270
Exprobrandi, 271
Gaudendi, 273
Gratias agendi, ibid.
Gratulandi fortunam auctam, &c. 282
Hortandi, 283
Illudendi, 286
Insinuandi, 64
Lætandi, 273
Lamentandi, 287
Laudandi, 289
Longitudinem excusandi, 265
Methodus formularum, 31
Metuendi, 294
Minandi, ibid.
Moderandi, 66,77
Monendi, 295
Narrandi, 80,297
Objiciendi, 114
Objurgandi, 301
Obstupescendi, 294
Obtestandi,

Obtestandi, 302
In Odium trahendi, 50
Officium agnoscendi, 303
Opem operamq; efferendi, 304
Opponendi, 63
Oratio { Salutatoria, 174,189 / Eristica, 191 / Lauriferi, 223 / Valedictoria, 206
Ordiendi, 38
Partiendi, 87
Petendi, 306
Pollicendi, 304
Precandi { bene, / male, } 311
Prolixitatem excusandi, 265
Proponendi, 80
Provocandi, 62
Purgandi, 313
Querendi, 262
Recapitulandi, 132
Reconciliandi, 316
Reprehendendi, 357
Resalutandi, 317
Responsionem petendi, 310
Rogandi, 306
Salutandi, 238
Silentium excusandi, 268
Similitudinem proponendi, 94
Suadendi, 283
Subscribendi, 324
Thematis partes, 23,147,&c.
Transeundi, 83,14[illegible]
Vendicandi, [illegible]
Vituperandi, [illegible]
Valedicendi, 320

FINIS.

Ἀγαθάρχῳ μόνῳ πάντα δόξα θεῷ.

A Catalogue of BOOKS, *Printed and are to be ſold by* Francis Eglesfield, *at the* Marygold *in St.* Paul's *Church-yard.*

Books of Divinity.

DIodates Annotations upon the whole Bible, with a large and uſefull *Analyſis.*

An Expoſition on all St *Pauls* Epiſtles; together with the Epiſtles of St *Iames*, *Peter*, *Iun.* and *Iude*, by *David Dickſon* Profeſſor of Divinity in the Univerſity of *Glaſcow. fol.*

Decapla in Pſalmos, ſive Commentarios ex decem Legibus, antiquis patribus Rab. Hiſtoricis & Poetis, à Johan. Vicars, *Angl.* fol.

A Diſcourſe of the Hierarchy of Angels, their many orders and offices, with the fall of Lucifer and his Angels. By *Tho. Heywood*, fol.

Moſt excellent Notes upon the whole Book of *Pſalmes*, by *George Abbot*; and lately publiſhed by Mr *Richard Vines*, 4o.

The Works of that learned and pious Gentleman Sir Richard Baker *Knight, in Divinity, are theſe; viz.*

1. Meditations and Diſquiſitions on the *Lords Prayer* in 4to.

2. Meditations and Diſquiſitions on the firſt *Pſalm* 4to.

3. Meditations and Diſquiſitions on the *Seven Penitential Pſalms* 4to.

5. *Cato Variegatus*, or *Cato's* moral Dyſtichs Tranſlated and Paraphraſed with variations of

ex-

expreſſions, in Engliſh verſe 4to.

6. Motives to Prayer 12.

7. An Apology for Lay-mens writing in Divinity; with the fall of *Lucifer* 12.

8. Meditations and Diſquiſitions on the *Creed* 12.

9. Soliloquies for the Soul 12.

The Work of that famous Divine Dr *Playford*, containing fourteen Sermons upon ſeveral Texts 8vo. *viz.*

1. The Mean in Morning, on *Luke* 33. 28.
2. The path-way to perfection, on *Phil.* 3. 14.
3. The Hearts delight, on *Pſal.* 37. 4.
4. The power of Prayers, on *Mat.* 7. 7.
5. The ſick mans Couch, on *Pſal.* 6. 6.
6. Gods bleſſing is enough, on *Mat.* 4. 4.
7. Glory wears down the Croſſe, on 2 *Cor.* 4. 17.
8. God be with you, on *Rom.* 8. 31.
9. Chriſt wounds our health, on *Iohn* 20. 17.
10. Say well, do well, on *Mat.* 5. 10.
11. The Kings Crown, on *Pſal.* 132. 18.
12. Good ground, on *Luke* 8. 15.
13. Felicity of the Faithful, on *Pſal.* 31. 6.
14. Difference between the Law and the Goſpel, on the 2 *Cor.* 3. 18. all in one volume, 8vo.

Dr *Preſtons* 5 Court Sermons on ſeveral Occaſions.

—His *Remaines*, containing three excellent Treatiſes; namely, *Iudas Repentance*, *Saints Spiritual Strength*, and St *Pauls* Converſion 4to.

—His Riches of Mercy to men in Miſery, or certain excellent Treatiſes concerning the dignity and duty of Gods Children. Contained in fifteen Sermons.

A Commentary on the Divine Revelation of St *Iohn*, by *David Paraus* folio.

The

The Excellency of a Gratious Spirit, 8vo.

Moses his Self-Denial, 8o.

The Saints Inheritance, and the Worldlings portion, in 8vo. All by *Ieremiah Burroughs.*

The Saints Dignity and Duty, together with the Danger of Ignorance and Hardneſs 4to.

The Souls poſſeſſion of Chriſt 12. Both by *Thomas Hooker.*

Divine Emblems and Hieroglyphicks, by *Francis Quarles*, 8vo.

A Treatiſe of *Liberty* and *Neceſsity*; wherein Predeſtination, Election, Free-will, Grace, Merits, Reprobation, *&c.* is decided and cleared, by *Thomas Hobbs* of *Malmsbury*, 12.

None but Chriſt. By *Clement Cotton*, 12.

The way to heaven diſcovered, and the ſtumbling blocks removed. By *Robert Purnal*, 8vo.

The *Pſalms* of *David* moſt excellently tranſlated into Engliſh Meter. By *William Barton*, 12.

A moſt excellent Treatiſe of the eighteen Attributes of God, plainly unfolded and applyed 4to.

—The Parable of the Wedding Supper, with a Diſcourſe of Tithes. Both by *Thom. Larkham*, Maſter of Arts, ſometime of *Trinity*-Colledge in *Cambridge.*

Three Treatiſes: I. The Young mans *Memento.* II. Now if ever. III. The danger of being almoſt a Chriſtian. By *Iohn Chiſhull* late Miniſter of *Tiverton* in *Devon*, 12.

Singing of Pſalms the duty of Chriſtians under the New Teſtament; or, a Vindication of that Ordinance in 5 Sermons on *Epheſians* 5.19. the ſecond Edition; by *Thomas Ford* Miniſter of the Goſpel at *Exon*, 12.

Novum Teſtamentum more exactly corrected and printed for the uſe of Grammar Schools in

a large Letter by *Roger Daniel.*

A Learned Commentary on the first *Psalm* 40.

—Consolations for an afflicted conscience, 12. Both by *Phineas Fletcher.*

The burthening and unburthening of a loaden Conscience, 12. By Mr *Rich. Kilby.*

A Catechisme on the Church Catechisme, by Mr. *Nichols* late of *Plymouth.*

Gods Summons to a generall Repentance. 12. By *Adam Hensnet.*

The Usefulnesse and excellency of Christ, a Treatise on the *Canticles.* By *Christ. Iellenger* 8o.

The Doctrine of the Bible 8o.

Spare Minutes or Divine Meditations. By *Arthur Warwick* 12.

Burghalls Perfect Way to die in peace in 8.

Steps to the Altar, or a Treatise on the Sacrament. By *Dor. Price.*

Pemble on the Sacrament 12.

Wollebius Compendium Theologiæ 12.

The Covenant of Grace, discovering the great work of a Saints reconciliation to God, the second Edition, much larger then the former. Printed by an exact Copy left by the Authour.

—Gospel Conversion, and Gospel Repentance. All three by *Iohn Cotton* Minister at *Boston* in *New England*, 8vo.

Corpus Christi, or a Treatise on the Sacrament, together with the Demonstration of Antichrist By *Iohn Gurney*, 12.

A Brief of the Bibles History. By *Enoch Clapham*, 12.

Deaths deliverance, and *Eliahs* fiery Chariot, in two Sermons. By *Alex. Grosse*, 8vo.

The power of Christian Magistrates in sacred things; Discussed by *L. du Moulin.*

The High Court of Iustice, a Sermon preach-

ed before the Judges at *Lieceſter*. By *Anthony Scattergood*, 12.

A Glimpſe diſcovering the ſweet incomes of Chriſt to a ſpiritual heart. By *Reb. Dingley*.

Variety of Sermons preached on ſeveral occaſions, *both Old and New*.

Books of Morality.

A moſt exact Chronicle of the Kings of *England*, from the time of the *Romans* Government, unto the Reign of our Sovereign Lord King *Charles* the Second, faithfully collected and digeſted into a new Method. By Sir *Rich. Baker* Kt. fol.

A moſt compendious and eaſie way for keeping of Merchants Accompts, after the *Italian* manner in *folio*. By *John Carpenter* Merchant.

Elians Tacticks, or the Art of embattailing an Army moſt exquiſitely ſet forth with many braſſe Places.

The Works of that famous Mathematician Mr. *Edmund Gunter*, ſometimes Profeſſour of Aſtronomy in *Greſham* Colledge in *London*. Reprinted and corrected with Additions. By *Samuel Foſter* late Profeſſour of the ſame Colledge. Together with his Sector and the Canons, or the Tables in this fourth Edition much enlarged from 1000 to 10000. With inſtructions to make them uſefull to 100000.

Alſo the Art of Dialling 4to. By Mr. *Samuel Foſter*.

Phraſeologiæ puriles, ſive ſermones, or ſelect Latine and Engliſh Phraſes methodically and Alphabetically digeſted by way of common place, for the more eaſie finding what is deſired: very uſefull for young Latiniſts. The third Edition very much enlarged by the Authour *John Clark*

B. D.

B. D. and sometimes Master of the Free School in *Lincoln*.

Dux Grammaticus, Dux Oratorius, 12. By *John Clark*; the sixth Edition much enlarged.

Æsops Fables in verse, illustrated with Emblems or pictures, and also Grammatically translated into prose, with apt Morals, and printed according to the order of the Latine Copy, together with the History of his Life, from the best Greek Copies. Very usefull for all, but especially for young Scholars 12.

Idem in Greek and Latine 12.

Rhetoricæ Compendium, Anglo-Lat. Per Tho. Horn Mr. of *Eaton* Colledge, 8vo.

Vestibulum Linguæ Latinæ, rerum & Linguæ fundamenta exhibens, 8vo.

The English Rudiments of the Latine Tongue, explained by Questions and Answers, which are so formed, that a Child omitting altogether the Questions may learn onely the Answers, and be fully instructed in the Rudiments of the Latine Tongue. All three by *William Dugard* late Mr. of *Merchant-Tailors School* in *London*, 8vo.

Iohannis Posselii Syntaxis Græca, utilissimis exemplis illustrata, unà cum Regulis ejusdem de Accentibus & Varene de ejusdem Tractatu, 8vo.

Lucii Flori Romanorum, 24.

Salustii, 24.

Artis Oratoriæ, 12.

Lucians Dialogues in English, 4to.

The Tryal of Lieut. Col. *John Lilburn* at *Guild-Hall*, 4to.

Satan at noon, or *John Pordage* discovered in his wiles and devises, and laid open before the Commissioners of *Berks*. By *Christop. Fowler* late Minister of *Reading*, first and second part 4

A

Arice Evans his Works, 8vo.

The Needles excellency, or a moſt excellent Book of Cut-works for Ladies and Gentlewomen, to draw all ſorts of needle-work by.

The Map of *England*, with the Pictures of all the Kings ſince the Conqueſt, with a brief Deſcription of them about the ſame, being the exacteſt Map that hath been done. By *Will. Holard.*

The Duties of Conſtables, Overſeeers for the poor, and Surveyers for high ways. By *Iohn Sawyer* Counſellor of Law, 8vo.

Longinus his height of Eloquence.

Hieroclis on the golden Verſes of *Pythagoras*, teaching a virtuous and godly life. Both tranſlated out of the Greek by *Iohn Hall* Eſq. in 8vo.

The Letters of Monſieur de *Balzack*, the firſt, ſecond, third and fourth parts. Tranſlated into Engliſh by Sir *Richard Baker* Kt. and others, collected into one Volume, 8vo.

The Theatre of Complements and Art of Eloquence, 12.

Choice Poems, Songs, Sonnets, Epigrams, Carols, Poſies, Dialogues, with variety of other mirth, together with his noble Number or other pieces. By *Robert Herrick* Eſq.

A faithfull Regiſter of the Tranſactions in Parliament in the third and fourth yeares of the Reign of King *Charles* the firſt, containing ſeveral Speeches, Caſes, Arguments of Law, and the grand myſteries of the Kingdome then in agitation, *fol.* publiſhed by *Tho. Fuller.*

Speculations on the excrements of urine, with the Diſtinctions, Cauſes, Colour, and Contents thereof, with other ſymptomes obſerved in Nature, 8vo. By *Henry Hamond.*

Choice and rare Experiments in Phyſick and Chirurgery, for the curing of moſt Diſeaſes incident

cident to the body of men, women and children, 12. By *Tho. Collins* Student in Physick.

Anacreon Greek and Latine, 12.

The Theatre vindicated, in answer to *Prynns Histrio-Mastix.* By Sir *Richard Baker*, Kt. 8vo.

The Handmaid to Arithmetick, being an easie way to attain Arithmetick speedily. Also it reduces all Foreign Coins to our English money, and also the weights and measures. It also makes known what Commodities all the Countreys afford By *Nicholas Hunt.*

A Collection of Speeches of Parliament. By Sir *Edward Deering*, 4to.

A Discourse of Proper Sacrifice. By Sir *Edward Deering*, 4to.

Wit and Mirth. By *John Taylor.*

Arcadia.
Antiquary.
Humerous Courtier.
Hide Park,

With other variety of Playes, *both New and Old.*

FINIS.